

**Didacia deca ordinis predicatoruz: miseratione
diuina Archiepiscopi Hispaleñ. defensiones
ab impugnationibus magistri Nicho-
lai d' lira: magistriqz Adathie p-
pugnatoris sui in postillis nõ-
nullis super bibliaz con-
tra sanctum Tho-
mam.**


2

**Didaci a deca ordinis predicatorum: mi-
seratione diuina Archiepiscopi Hispaleñ.
in defensiones sancti Thome de aquino: ab
impugnationibus magistri Nicholai de li-
ra: magistriq; Adathie propugnatoris sui
in postillis nonnullis super bibliã Prefatio.**



Vrum stultum interficit iracun-
dia: et paruulū occidit inuidia. Que verba Gregori⁹
quinto libro moralium pertractans inquit. Nec enī
possum⁹ inuidere nisi eis quos nobis maiores esse pu-
tamus. ipse quisq; sibi testimoniū perhibet q̄ illo mi-
nor sit: cuius inuidie liuore torquetur. Cur enim hos-
tis ille antiquus primo homini inuidendo subripu-
it: nisi quia amissa beatitudine: minorē se mortalitati il-
lius agnouit? Cur ⁊ Saul David strenuum populi sui ducē persequebat:
nisi q̄ eum magnis quotidie virtutū successibus sensit augeri? Habet hoc ni-
mirum inuidie estuantis virus: quod cuncta que inuenerit bene gesta aliorū
inficit ac consumit. Hec cum ita sint: iurati hostes vt ita loquar insultare nō
debent: si diuī Thome aquinatis probatas sententias fideles atq; veritate
plenas: morsibus obtrectatorum patere videant. Siquidem meminisse eos
oportet id vsu omnibus fere scriptoribus alia atq; alia ratione euenisse. Ver-
rum hoc vnum admirentur magis: q̄ doctrinam eius probatissimam cernāt
tam multorum non vtīq; vulgariū iaculis propulsatam non extingui. non
euerti. aut vel in modico vnq; infringi potuisse. quod certe necdum ingenij
sui maximi argumentum est non exile: verum q̄ e celo vim mentis scribēdicq;
munus fide integerrimum nactus sit. Illud itaq; sibimetipsis obijciāt latria-
tores: quod sancti doctoris dogmata magno ac excellenti ingenio viri vt ipsi
aiunt impugnauere. nam id vtīq; non fecissent: nisi eius apud omnes summū
fuisset iudiciū et virtutis opinio: vt tanto sibi inde maiorem compararent
triumphum: si quod eos sefellit fortissimum pugilem posttrauissent. ex eorū
tamen oppugnationibus: celeberrimum apud mortales qui modo ceci non
sunt aut ingrati: diuus aquinas nomen assecutus est. Horū nuper magister
Nicholaus de lira et quidem vir doctissimus inuentus est. qui cum veteris ac
noue legis postillatoꝝ sederet: nonnulla sancti Thome theozemata corrigē

da annotauit. Cui cum dominus Paulus Burgen. episcopus se sancti do-
ctoris defensorem offerret: magister Mathias prouintie Saronie minister:
accerrimus Nicholai surrexit propugnator. et nunc rationibus eius vt ipse
putat vires accommodando: nunc nouis quibusdam argutijs adiuuentis: sen-
tentias sancti Thome labefactare ac prope expugnare conatus est. Ego ve-
ro non q̄ me maiorem alijs aut doctiorem existimem (neq̄ enim vires meas
ignoro) sed quo militie mee disciplinam pro veritate tuenda cui me deuoui
vtrūq̄ adimpleam: ceptus pro sancto Thoma adiui certamen. hunc tamen
mibi duntaxat placuit imposuisse terminum: vt et aduersantium rationes in-
ualidas penitus ac ineptas ostenderim. ⁊ sancti doctoris dogmata inconcus-
sa probauerim veritate subsistere. Burgen. vero benedicta et que causas san-
cti Thome tangere visa sunt: in sortem meam suscepi. cetera que ad rem non
pertinent quecūq̄ illa fuerint vera aut falsa: intacta reliqui.



Liber Genesis.

Circa librū Genesis.

Capitūlo primo.

In capitulo pmo libri Genesis super illud. Dixit autem deus: fiant lumina et c. Cum postillator iuxta expositionē littere secundum tertiam opinionē vellet pbabile ostendere ac defendere qd corpus solis factum fuerit quarta die ex nube lucida. que secundum tertiam opinionē fecerat tribus diebus precedentibus diebus et nocte: Improbatur quādam sancti Thome argumentationes. Ex prima parte questione. lxxvij. articulo ultimo. ad secundum inquit. Nec valet qd contra hoc obijcit frater Thomas pma parte summe sue dicens. qd nō potest cōuenienter dici qd in prima rerū productione aliquid sit productū sat cito corrupēdū. Ex quo concludit incōueniēter dici: soles factū ex illa nubecula. quia sic fuisset corrupta. Non enī corrupunt pprie loquēdo de corruptione secundū perfectam eius rationes: q̄ transmutant in meli⁹. vt dicit in libro d generatione. sicut nō dicunt elementa pprie corrupi: quādo ex eis fit corpus mixtur. quia corruptio pprio modo dicta: est via ad defectū. hic vero ad perfectum. illa autem nubecula erat quid imperfectum respectu solis. Ipse etiā Thomas incidit in id quod reprobat. quia in opere quite dicit: dixit qd aues et pisces facte sunt ex quattuor elementis. licet in textu solum nominetur aqua. quod non potuit fieri nisi per corruptionem formarum elementarium modo predicto. Nec postillator i forma. Ad quorum primus respondet burgen. qd postillator falso imposuerit illud sancto Thome. cum per eaz argumentationem quaz postillator induxit: nō improbet sanctus Thomas opinionem que corpus solis dixit esse factum ex nube lucida: sed alias que prima fuit scilicet qd nu-

bes illa: facta sole in preiacentem materiam rediisset. ad quam sequebatur nubeculam illam vere et pprie corrumpi euz in rem viliozem mutata fuisset: scilicet in preiacentem materiam. qd autem ex nube lucida non fuerit formatum corpus solis. que tertia opinio recitatur a sancto Thoma: destruit per aliud medium. quia scilicet materia solis non potuit presuisse sub alia forma: si ponatur sol secundum naturam corpus incorruptibile. Unde satis constat qd postillator non bene aduerterit dicta sancti Thome. Nec Burgen. et bene. et ad intentionem sancti Thome. Verum magister Mathias ordinis fratrum minorum Saronie puincie minister egre ferens hic et vbiqz defensionē sancti Thome: putat quadam sophistica circuitione improbationem postillatoris non recta: rationabilem ostendere dicens. qd improbatio tertiē opinionis secundum sanctum Thomam innititur eidem medio quo pma opinio secundum eū destruitur. Probat hoc. quia ex obiectione sancti Thome contra tertiam opinionem: duo sibi videntur sequi. Primum est qd ex illa luce sine sui corruptione: corpus solis fieri non potuit. quia materia solis non potuit presuisse sub alia forma: sine corruptione prioris. cuius forme corruptio non erat cōueniens. quoniam nihil fuit in principio conditum: cito post corrupendum. quod dicit postillatorem in verbis sancti Thome intime persperisse. Secundum qd sequi videtur inquit ille ex dictis sancti Thome est. qd nulla materia existēs sub forma prioris: potest esse sub forma posteriori nisi priori corrupta. Et ideo reprobat tertiam opinionem quia forma solis specifica: formam lucis genericam non compatitur. propter quod ex luce non potuit fieri sol nisi forma lucis corrumperetur. qd est inconueniens propter medium p quod prima opinio secundum sanctum Thomam

fuerat improbata. **H**ec magister **M**athias. **S**ed certe mirabile est quod iste magister tam multas sibi texuerit inuolutiones: tanquam extraneum habuerit intellectum: ubi sanctus **T**homas plane aperuit mentem suam. **U**nde videtur magistri huius tota deductio: quadam extorsione pro sola voluntate conficta. **Q**uod enim primo dicit utriusque opinionis improbationem secundum sanctum **T**homas eodem inniti medio: falsum est. **C**um ambas non una sed duplici argumentatione ac diuersa destruxerit. **E**t ad eius probationem dicitur quod ex obiectione sancti **T**home contra tertiam opinionem: non aliud sequitur quam quod sanctus **T**homas expressit scilicet quod corpus solis non potuit formari de nubecula. **A**d quam conclusionem utitur ea ratione duntaxat: quia materia solis non potuit esse sub alia forma si ponatur corpus solis incorruptibile et non ex quattuor elementis. **M**aximè inde sequebatur quod materia solis esset intransmutabilis. et ita quod non fuit primo sub forma nubecule. et per consequens quod ex ea non fuerit formatus sol. quia nihil aliud est aliquid ex altero composito fieri naturaliter: quam materiam unquam primo fuisse sub forma alterius ut habetur ex primo de generatione. **E**t cum magister **M**athias dicit quod in dictis sancti **T**home includitur ista: materia solis non potuit fuisse sub alia forma sine corruptione prioris: verum est. **S**ed est falsum quod talem corruptionem fuisse in prima rerum productione: sit illud inconueniens ad quod tertiam opinionem pretendit sanctus **T**homas ducere. **N**ec corruptio prioris forme nubecule: est medium aut fundamentum sue argumentationis. sed conditio appositae de incorruptibilitate solis. ex qua sequitur materiam solis nunquam fuisse sub forma nubecule. aut sub alia forma. **E**t per consequens quod ex nube non fuerit formatus sol. **U**nde ex illa conditione appositae scilicet

si ponatur corpus solis incorruptibile: aperte monstratur quod non fuerit mens sancti **T**home tertiam opinionem improbare. **P**er hoc medium videlicet quia nihil in prima rerum institutione productum est: cito post corrupendum prout arguens somniauit. **A**lias: frustra adiecta fuisset illa conditio. quoniam ea appositae vel non appositae: non minus probaret tale medium. **N**am si corpus solis factum esset ex nube lucida prout dicit tertia opinio: non minus sequeretur nubeculam corrumpi. ac per hoc aliquid in prima rerum productione esse conditum satis cito corrupendum. siue corpus solis ex ea formatum corruptibile esset: siue incorruptibile. **N**ihil enim ad illud propositum confert corruptibilitas solis aut incorruptibilitas. **U**nde liquido constat quod sanctus **T**homas non eodem medio tertiam improbet opinionem quo et primam. neque idem inconueniens ex utraque obiectione pretendit. **S**ed medium argumentationis eius contra tertiam opinionem: sumitur sicut dictum est ex conditione adiectae scilicet si corpus solis ponatur incorruptibile: et inconueniens ad quod deducit tertiam opinionem: est implicatio contradictionis. **N**am tertia opinio concessa: sequitur materiam solis primo fuisse sub forma nubecule. **E**t per consequens subiectum transmutationis. alias: non fuisset transmutatio naturalis. stante autem conditione scilicet corpus solis esse incorruptibile et non ex quattuor elementis: sequitur materiam solis non primo fuisse sub alia forma neque subiectum transmutationis. **N**am incorruptibilium corporum: intransmutabilis est materia secundum formas. **C**onfirmantur ista quia in questione de potentia dei. questione quarta de creatione materie informis. articulo secundo in vltima obiectione contra illud dictum scilicet. quod ex nubecula formatum fuerit corpus solis. **H**ac eadem uti-

Genesis.

tur argumentatione et non prima, inquit enim sic. Sed contra omne illud quod fit ex materia precedente: habet materiam talem in qua possibilis est forma et successio. talis autem non est materia solis nec alicuius celestium corporum eo quod in eis non est contrarietas, ut probatur in primo celi et mundi, ergo non potest esse quod ex illa luce: post modum formatum sit corpus solis. Hec sanctus Thomas. ¶ Ex supradictis satis videtur quod necdum medullam aut intimam in verbis sancti Thomae postillator non vidit: sed neque superficiem eorum tetigerit. Ea autem que in defensionem postillatoris magister Mathias multiplicat ac inuoluit: figurae sunt, que nec ex verbis sancti Thomae: neque ex eius intentione probantur. ¶ Sed utrum in quolibet composito sint plures forme substantiales: vel vna tantum: quod magister Mathias tetigit: non est presentis negotii examinare, cum super hoc nullam fecerit in hoc passu sanctus Thomas mentionem. Est enim nostri laboris intentio ea que postillator et dictis sancti Thomae recitat improbanda: vera atque probata esse ostendere, obiectionesque in contrarium pro nostra capacitate dissolvere. Unum tamen est quod articuli Oronie condemnati non poterunt nos in hac parte deterrere, aut linguam vel calamus cohibere. ¶ Quod autem postillator secundo subiungit quod sanctus Thomas incidit in id quod reprobat: quod non repugnet improbationi sancti Thomae contra tertiam opinionem: quia tamen obiectioni eius contra primam opinionem videretur obistere. Respondet Burgen. quod sanctus Thomas in ea argumentatione non improbat quod in prima rerum institutione ex aliqua natura produceretur species alia, sicut herbe et plante et aves et pisces ex quattuor elementis, sed dicit esse inconueniens quod aliquid tunc factum fuerit: quod postea esse desierit secundum totum, ut quod totum vnum elementum:

aut alia queuis species: producta fuisset et post modicum desineret esse. Hec burgen. ¶ Et quamuis solutio ista probabiliter sustineri posset: dicitur tamen melius et magis ad intentionem sancti Thomae: falsum esse: quod sanctus Thomas incidit in id quod improbauerat. Nam in productione herbarum et plantarum aut avium et piscium ex quattuor elementis quam posuit sanctus Thomas: nulla fuit facta corruptio proprie dicta, cum ibi fuerit generatio perfectioris ex imperfectiori, que transmutatio neque est: neque a sancto Thoma reputatur corruptio proprie dicta: sed mutatio quedam in melius quam non repugnat prime rerum institutioni. Quod expresse sanctus Thomas docet in hoc proposito prima parte, q. lxxij, de opere sexte diei, ad quintum inquit enim. Ad quid tantum dicendum: quod cum generatio vnius sit corruptio alterius: quod ex corruptione ignobiliorum generentur nobiliora: non repugnat prime institutioni rerum. Unde animalia que generantur ex corruptione rerum inanimatarum vel plantarum: potuerunt tunc generari, non autem que generantur ex corruptione animalium: tunc potuerunt produci: nisi potentialiter tantum. Hec sanctus Thomas in forma. Unde contra primam opinionem que posuit nubeculam in preiacentem materiam rediisse formato sole: recte utitur sanctus Thomas illo medio, quia scilicet in prima rerum institutione nihil fuit productum postea corrumpendum. Nam ibi fuisset corruptio in minus perfectum, scilicet in preiacentem materiam: que corruptio repugnat prime rerum institutioni. Sed contra tertiam opinionem que posuit transmutationem ex nube lucida fieri in melius: scilicet in corpus solis: non eo medio tantumquam insufficienti, sed alia usus est argumentatione, quare obiectio postillatoris non est ad propositum sicut supra deductum fuit.

¶ Circa capitulum quartum.

a iij



In capitulo quarto. cū burgen. induceret contra quandā Hebreorū expositionē. Unum satis notandum ex verbis sancti Tho. secūda secunde questione. xciiij. articulo vltimo. ad secundū. q̄ in prima etate non fuit idolatria propter recentem memoriā creationis mundi. ex qua adhuc vigeat cognitio vnius dei: magister Athanasius qui doctrinam sancti Tho. nouit sponte declinare: dicit dubiam esse hanc ipsius sententiā. Cum tamē postillator non modo hic contrariā nō tenuerit quāuis expositionem Hebreorū quorundā opinatiue recitauerit. Sed et expresse eam sententiam sancti Tho. recitat in disputatione sua quā edidit vtrū ex scripturis receptū a iudeis possit efficaciter probari saluatorem nostrum fuisse deum et hominem. quā dicit haberi ex quadam traditione apud Hebreos autentica: nec tamen tali sententię contradicit: sed magis eaz videtur approbare. In quid enī dicitur magister Athanasius. nec s̄m dictū est ita certū quin sententia magnorū patiat instantiam. Nec ratio sancti Tho. ad id cogit. quia si memoria recens creationis mundi exclusit idolatriaz p̄ mille et plures ānos: memoria seuerę punitionis per diluuiū debuit excludere adhuc per plures annos. certum tamē est q̄ cito post diluuiū defluerūt ad idola homines. Hec magister Athanasius. Sed ad ista respondetur q̄ et si dictum sancti Thome quorundam vt Hebreorum patiat instantiam: probabilius tamen est et verius quā eorum opinio contraria. sacre etiam scripture magis est consonum. tum quia ex textu Genesis a creatione mundi vsq̄ ad diluuiū: nulla de idolatriis facta reperitur mentio. Cum tamen de homicidio. inuidia. atq̄ alijs vitijs minoris grauitatis: homines prime etatis expresse notentur. Non enim est verisimile q̄ de ido-

latria grauissimo peccatorum subterretur: alijs vitijs cōmemoratis. **E**t etiā quoniam idolatria ab idolis nomē ducit. que vt magister historiarum refert in secūda etate post diluuiū exorta sunt a Nino rege assirorum. vel vt alijs placet a Meroth: qui cogebat homines adorare ignē. Unde isidorus libro septimo Ethimo. ait. Meroth interpretatur tyrannus. iste enim prior arripuit insuetam in populos tyrannidem. et ipse aggressus est aduersus deū impietatis edificare turrem. In eam etiaz sententiam satis videtur declinare Augustinus. xvi. de ciuitate dei capitulo. x. iquit enim. Cum ergo querim⁹ in illis septuaginta duabus gentibus ciuitatez dei: non possumus affirmare illo tēpore quo erat illis labium vnum. id est loquela vna: tunc iam genus humanum alienatum fuisse a cultu veri dei. ita vt in solis istis generationibus pietas vera remaneret: que descendunt de semine Sem per Arpharat et tendunt ad Abraham. Sed ab illa superbia edificande turris vsq̄ ad celum q̄ impia significatur elatio: terrena apparuit ciuitas. hoc est societas impiorum. Hec Augustinus. **E**t confirmatur preterea. quoniam scriptura volens assignare causam tante cladis toti⁹ scilicet pditionis humane per diluuiū: vitia hominibus obiecit carnalia dicens. Videntes filij dei filias hominum. et c. et sequit. Dixitq̄ deus. Non permanebit spūs me⁹ in homine eternū quia caro est. i. vitijs carnalibus illectus. Sed verisimile ē q̄ poti⁹ obiecit illis scriptura pro ratione tante pene inferende: peccatum idolatrię grauissimum si tunc fuisset. **E**t ad obiectionem autem arguentis contra rationem sancti Thome dicitur q̄ nō est simile. quia memoria et cōsideratio creationis vniuersi per se arguit vnitatem dei creantis. Ac eius summam perfectionem et bonitatem et excellentiaz super omnes creaturas ac per hoc q̄ sibi

Genesis.

debitus sit cultus patrie. Unde et philosophi naturali ratione ea de deo cognouerunt ex consideratione ordinis vniuersi et sue institutionis. Memoria autem punitionis seuerere non ita directe et de per se probat deum vnum summe bonum atque eius naturam perfectissimam super omnes creaturas. Cum pene incertum huiusmodi a mala causa et a pluribus infligi possint. et presertim in hominibus secunde etatis potuit memoria illius punitionis non esse sufficiens ad excludendum idolatriam: quia intellectus hominum tunc magis erat obtenebratus quam in prima etate. tum ex maiori elongatione a prima nature puritate. tum ex assiduitate peccandi. Unde et causa circuncisionis date tempore Abrahæ et legis late temporibus Moysi: assignatur a doctoribus obtenebratio mentis hominum ex vetustate peccandi et distantia naturalis rationis a primo sui vigore. Habuerunt etiam homines prime etatis auxiliū magnum quo in cultu veri dei persisteret doctrinam scilicet Adæ qui plene instructus erat in naturalibus et diuinis. Vixit enim Adæ per medium tempus fere prime etatis secundum computationem Hieronymi. cui successit seruitus ab eo Enoch vir iustissimus. cuius filius Metusalem mortuus est prout Hieronymus refert eodem anno quo diluuium inundauit. atque ita doctrina Adæ: de cultu vnius dei: faciliter potuit disseminari per totam primam etatem ante diluuium. Et preterea memoria recentis creationis fuit memoria beneficii suscepti. que naturaliter trahit beneficiatum in amorē et recognitionem benefactoris: secundum quem modum dicit Dionysius. iij. caplo de diuinis nominibus. quod deus omnia in se conuertit tanquam omnium causa. que recognitio principaliter consistit in exhibitione debiti cultus. scilicet honoris et reuerentie. Unde ore dei dicitur mala primo. Si ego pater: ubi honor meus? Quia. scilicet pater habet rationem principij. Sed

memoria punitionis: directe et per se inducit timorē seruile. quod et si quandoque manū cohibeat: mentē tamē directe et per se non reformat. imo si fuerit excessiuus: impedit rationis iudiciū et actus inuoluntarios causat suo modo. Unde nimirum si memoria seuerere punitionis post diluuiū: non sufficēter cohibuerit homines secunde etatis ab idolatria que admodum memoria creationis recēs homines etatis prime. Presertim cum deus asscurauerit federe sempiterno Noe cum tota posteritate dicens Ecce ego statuam pactum vobiscum et cum semine vestro post vos et ad omnem animam viuentem que est terra. Sequitur. et nequaquam ultra interficiet omnis caro aqua diluuii. nec erit deinceps diluuiū dissipans omnem terram. Huius enim permissionis confidentia: potuit esse occasio quod memoria seuerere punitionis facte per diluuium non satis retraheret homines secunde etatis ab idolatria.

Circa capitulum. xxv.



In caplo. xxv. ubi in replica contra Burgen. magister Mathias dicit. nec potest Burgen. probare intentum suum per sanctum Thome. quod procedit per hypotheseis que non concedit: Aduertendum est quod nec sanctus Thome. illam concedit imo magis in rei veritate negat. Inquit enim sic prima secunde. q. cij. ar. ij. ad secundum. Ad secundum dicendum quod ratio illa procederet si ceremonialia precepta essent data solum ad figurandum futurum. non autem ad presentialiter deum colendum. Unde et in corpore eiusdem articuli hec fuerat sancti Thome. determinatio quod ceremonialia veteris legis non solum habuerunt causam figuralem: sed etiam litteralem. scilicet cultum dei per tempore illo.

Circa capitulum. xlviij.



In caplo. xlviij. cum burgen. circa contractus Joseph induceret ex doctrina sancti Thome. secunda secunde. q. lxxvij. ar. j. quod in emptioe et venditioe

Libet

ne equalitas iustitie obseruanda est cōtra quoddā postillatoris dictū. s. q̄ tm̄ valet res cōtūm vēdi pōt: magr̄ Mathias inquit. Sed ego cū postillatore verius puto q̄ in cōmutatiua iustitia equalitas s̄m naturā seruari non possit quicquid dicat sc̄tus Tho. p̄ Burgen. allegatus. q̄ totū aurum mūdi s̄m naturā non valet vnum equum. cum tamē in ordine ad humanos vsus modicū aurū valet magnū equum. Hec magister Mathias cum alijs q̄ ad horū declarationē subiungit. ¶ In q̄bus verbis duplici reprehensione dign⁹ habet. Primo q̄ ex modo suo loquēdi videt̄ significare q̄ sc̄tus Tho. aliquñ dixerit. aut in loco preallegato senserit. q̄ in cōmutatiua iustitia obseruanda sit equalitas s̄m naturā rei specificā. Cū tamē hoc sit manifeste falsum. imo cōtrariū huius docet eadē questione articulo secundo ad tertium inq̄t enim. Ad tertium dicendū q̄ sicut Augustinus dicit. rj. de ciui. dei: precium rerū venaliū non cōsideratur s̄m gradus nature cū quandoq̄ pluris vendat̄ vnus equus q̄ vn⁹ seru⁹. Sed cōsiderat̄ s̄m q̄ res vsus hominis veneunt. Et ideo non oportet q̄ venditor vel emptor cognoscat occultas rei vendite qualitates. sed illas solum per quas redditur humanis vsibus apta. puta q̄ equus sit fortis ⁊ bene currat. ⁊ similiter in ceteris. has autē qualitates: de facili venditor ⁊ emptor cognoscere possūt. Hec sanct⁹ Tho. in forma vbi exp̄sse tenet q̄ precium in cōmutatiua iustitia nō cōsideret̄ s̄m gradū nature rerū. Patet ergo q̄ mod⁹ loquēdi hui⁹ magistri fuerit ex falso intellectu quē habuit in verbis sancti Tho. ⁊ vtinā nō ex malo affectu. ¶ Itē sc̄do videt̄ q̄ iste magr̄ ppriā vocē ignorauerit. nā dicit q̄ eq̄litas i cōmutatiua iustitia q̄ est in cōtractibus nō seruat̄. sed q̄ prōnem iustitie mēsurat̄. q̄ denī aliud est s̄m rōnem iustitie res mēsurari: q̄ in earū cōmutatione equalitatem seruari. Certe

non aliud. necq̄ ex diffinitione Augusti. quā p̄ se inducit aliud habet. vt patet recte eam cōsiderati. Sed vt mihi videtur putat magister Mathias q̄ quia i cōmutatiua iustitia mēsurant̄ res considerata qualitate tēporū. locorū. ac dignitatis rerum in respectu ad vsū hoīm: q̄ ideo i ea non obseruat̄ equalitas. in quo plane decipitur. quia imo nō esset iustitia cōmutatiua: si illa omnia nō cōsiderarent̄ ⁊ singula q̄ dignitatem aut valorē rerū exaugent. nec est aliud equalitatē in iustitia cōmutatiua seruare: quam s̄m omnes illas circūstantias res cōmutabiles cōmensurare. Unde sc̄tus Tho. secūda secūde in q̄stione preallegata arti. secūdo. ad secūduz sic dicit. Ad secūduz dicendū q̄ mēsuras rerū venalium necesse est in diuersis locis esse diuersas p̄pter diuersitatem copie et inopie rerū. q̄ vbi res magis abundant: cōsueuerūt esse maiores mēsure. In vnoquoq̄ tamen loco ad rectores ciuitatis p̄tinet determinare que sunt iuste mēsure rerū venaliū pensatis cōdicionibus locorū ⁊ rerū. ⁊ ideo has mēsuras publica auctoritate vel cōsuetudine institutas: pretereire non licet. Hec sanct⁹ Tho. Ex q̄bus etiā accipit̄ verus intellectus ei⁹ p̄verbij legalis quod postillator introduxit. s. q̄ tm̄ valet res quantū vēdi potest. Nō enī est verū si intelligat̄ cōtūm vēdi potest d̄ facto ⁊ beneplacito cuiuscūq̄ vēdētis. Sed quantū vēdi potest de iure. i. seruata institutione publica auctoritate aut cōsuetudine firmata. Unde ⁊ si quis non cogat̄ ad vendēdū rē suam: tm̄ si vēdere vult: formā iuris ⁊ regulā iustitie debet seruare ⁊ equitatis. Quod ⁊ si licitū sit emptori ⁊ venditori se iuicē decipere infra dimidiū iusti precij s̄m legē ciuilem q̄ non potuit p̄hibere quicquid est contra virtutem: lex tamē diuina q̄ nihil ipunitū relinq̄t q̄ sit v̄tuti cōtrariū: illicitū reputat si in ēptione ⁊ vēditione equalitas iustitie non seruet̄. Facit ad

Exodi.

hoc glo. notabil. r. q. ij. Hocius. ubi dicit
q. si in veditioe plus offerat q. res valet
at: ecclesia non debet recipere. sed tantum
iustum precium. Nam ecclesia in suis con
tractibus non debet dolum facere.

Circa capitulum. ix.

libri Exodi.



In cap. ix. libri Exodi bur
gen. contra postillatores alle
gat scum Tho. dicente se
cunda secunde. q. lxxiiij. ar. ij.
q. cu actus humani sint cau
se quo: uida effectuum: oportet homines age
re aliqua vt per actus suos impleat quos
da effectus fm ordine a deo dispositum.
Ubi magister Mathias volens postil
latoris dicta defendere inquit. Sed et illud
q. Burgen. ex dictis scum Tho. secunda se
cunde. q. lxxiiij. applicat pposito: videt
minus catholice dictum. videlicet q. ex ordi
natione diuina oportet hoies agere vt ef
fectus a deo instituti impleant. Ma ex eo
sequit in materia pnti: q. pharaoni pec
catum obstinationis imputari no debet.
Quia fm hoc: oportuit eu esse causam di
uine glorificationis si causaliter teneri de
beat: vt vult Burgen. Hec magr Ma
thias cu alijs q. ad huius declarationem
contra Burgen. subiungit. Sed salua
pace sua certe verius ac honestius potuis
set loqui si dixisset. q. Burgen. inepte et
extra mentem sancti Tho. dicta eius in
troduserat. Maxilla de se et in proposito
sancti Tho. verissima sunt et catholice fi
dei omnino consona. imo dicere contrarium
esset ordinem causarum qui optimum est in
vniuerso destruere q. dum diuine prouide
tie effectus exequuntur: dei sapientia com
mendabilem reddunt que eo ipso ordine
disponit omnia suauiter prout dicit Sa
pientie septimo. Esset etiam aperte con
tra sacram scripturam. Dicitur enim ps.
cij. Benedicite dno oes virtutes eius mi

nistri ei q. facitis voluntatem eius. Et ps.
clviii. Ignis grado nix glacies et spiritus
pcellarum q. faciunt verbu eius. facere vo
luntate aut verbum dei: est facere aliquid
vnde effectus dei impleant fm ordinem a
deo dispositu quod erat dictu scum Tho.
Esset preterea contrariu huius ab huma
nis actibus meriti ratione auferre et fructus
orationis nostre negare quod est erroneu.
non enim actus hominis meritorij sunt vi
te eterne: nisi quia causa sunt et p eos imple
tur diuina preordinatio d. salute hominum.
nec orationes efficaces sunt et fructuose: ni
si quia p eas implet quod bonitas diuina
disposuit precibus et orationibus condonare.
put Gregori dicit. Unde et secunda Pe
tri primo dicit. Quapropter fratres ma
gis satagite vt per bona opa: certa vram
vocatione et electione faciatis. ista autem
bona opa esse ab eterno pordinata a deo
vt p ea vocatio et electio scorum impleat: nul
lus fidelium dubitabit. Veru est q. Bur
gen. no recte applicat ad ppositu suu di
ctu scum Tho. qd in se verissimu e et catho
licu. Quia scum Tho. loquit d. actibus hu
manis posituius. no de actibus peccatorum. q.
inquatu culpabiles sunt: a deo non ordi
nant vt fiat. sed fieri pmittunt. Comissa
tame peccata pueria hoim voluntate: verum
est q. a deo ordinant p pena. et q. ista fue
rit doctrina scum Tho. loquedo d. actibus
peccatorum: ex pluribus locis pbat. Nam pma
pte. q. lxxiiij. ar. iij. ad scdm inqt sic. Ad se
cudu dicendu q. aliter se habet reprobatio
in causando q. pdestinatio. Ma pdestina
tio e causa et ei qd expectat in futura vita
in pdestinatis. s. glie: et eius qd percipitur
in pnti. s. gre. Reprobatio vero non est
causa ei qd est in pnti. s. culpe. sed e cau
sa derelictionis a deo. Est tm causa ei qd
reddit in futuro scilicet pene eterne. s. cul
pa puenit ex libero arbitrio eius qui re
probatur et a gra deseritur. Et scdm hoc
verificatur dictu pphete. s. pditio tua ex

te israel. Hec sc̄tus Tho. Tandē sententiā tenet cōtra gēti. cap. clxj. et. clxij. Idez dicit r̄ in hoc pposito sup epl̄as Pauli. sup illud. Dicit autē scriptura pharaoni. Ro. ix. Alit enim. Aliter suscitāt deus ad bona. aliter ad mala. Nā ad bona: inclināt hominum volūtates directe r̄ per se tanq̄ actor bonoruz. Ad malū autē: dicit̄ inclinare vel suscitare hoies occasionaliter inc̄ptuz. s. deus homini aliq̄d pponit vel interius vel exterius q̄ q̄tuz est de se: inductiuū est ad bonuz. sed homo ppter suā maliciā peruerse vtit̄ ad maluz. Job xliij. Dedit ei deus locū penitentie. r̄ ille abutitur in supbia. Hec ibi sanct̄ Tho. Et parū infra cōcludit ad pposituz nostrum dicēs. r̄ hoc modo circa pharaonē accidit. q̄ cū a deo excitaret̄ ad regni sui tutelam: abusus est hac excitatione in crudelitatem. Hec sc̄tus Tho. r̄ infra sup illud Apostoli. Et quē vult indurat. Inquit. Nō dicitur indurare quasi imitando maliciā: sed non apponēdo gr̄am. Erubescat ergo magister Mathias volēs q̄dā dissimulationē culpabili: ineptā Burgen̄. applicationem in bene dicta sc̄ti Tho. retorquere. Sed r̄ in fine replice sue contra Burgen̄. vbi dicit. Unde si dictuz sancti Tho. veritatē habere posset in posituiis: verius plane dixisset. r̄ si dictū sc̄ti Tho. in posituiis veritatem habeat necessario. prout ex supradictis satis constat.

¶ Circa capitulu. xx.

In caplo. xx. Burgen̄. i magna sua digressionē introducit quandā sc̄ti Tho. assertionē de preceptis dilectionis dei r̄ primi. quam dicit ipse nō plene satisfacere questionī sue. sed d̄ intellectu verbor̄ sancti Tho. et q̄ per ea satis dicitur ad questionem: vide infra Levitici capitulo. xix.

¶ Circa capitulū. xxiiij.



In caplo. xxiiij. super illud. Infontē r̄ iustū nō occides: postillator recitat verba sc̄ti Tho. secūda secunde. q. lxiiij. ar. vj. ad tertiū dicens. q̄ cū innocēs per falsos testes conuincitur: iudex nō debet euz interficere si sciat eius innocentiam. sed diligētius examinare testes: vt inueniat occasionē liberādī innoxium. Si autē hoc non pōt: debet eum remittere ad superiorē. Si autē hoc nō pōt: nō peccat s̄m allegata sententiā ferens. q̄ ipse nō occidit innocentē: sed illi q̄ eum asserunt nocentē. **¶** Cōtra quā sententiā inquit sic postillator. Saluo tñ meliori iudicio videt̄ contrariū. q̄ dicit Auḡ li. de libero arbi. Quomodo apud diuinā puidentiā a pctō liberi sunt q̄ pro his rebus q̄s contēni oportet humana cede polluti sunt: q. d. nullo modo. Et pres contēendas intelligit Auḡ. oia illa q̄ hoies inuiti amittere p̄nt. Inter quas est vita corporalis. r̄ multo forti⁹ dignitas tēporalis q̄ cūq̄ r̄ potestas iudicādi. Hec postillator. **¶** Ad q̄ r̄idet Burgen̄. q̄ auctoritas Augustini p postillatorē allegata: nō cōtrariat̄ determinationi sc̄ti Tho. Nāz ferre sententiā mortis cōtra eū q̄ cōuincit̄ in iudicio p testes diligēter examinatos: nō est peccatū. licet sciatur a iudice innocēter cōdēnari. Unde ppter hoc nō est dimittenda dignitas temporalis. Hec Burgen̄. et bene. q̄ autē sententiā ferre contra talē non sit peccatum: declarat Burgen̄. per ea q̄ sanctus Tho. dicit in parte supra allegata. q. lxviij. arti. ij. in corpe questionis. vbi pulcre deducit qua rōne iudicare p̄tineat ad iudicē s̄m q̄ fungitur publica potestate r̄ non s̄m id q̄ ipse nouit tanq̄ priuata persona. **¶** Sed cōtra rationē Burgen̄. simul etiā contra distinctionem quā sc̄tus Tho. facit de priuata r̄ publica persona in iudice: istat magister Mathias dicēs. Sed Burgen̄. cōiter p sc̄to tho. certamē

Exodi.

assumens: **N**icō plus dicit q̄ sc̄t̄s th̄o. in locis allegatis p̄ ip̄m et postillatorem. Sed ad auctoritatē b̄t̄i Augustini p̄ postillatōrē allegatā: min⁹ cōuenienter dicit **N**ā sc̄dm̄ declarationē postillatoris manifeste cōcludit̄ cōtra positionē sc̄t̄i Th̄o. et cōmuniter iuristarū. q̄uis enī in cōmuniter accidētibus iudicandū sit sc̄dm̄ allegata et pbata: nullo t̄m̄ iure cautus ē. imo diuino iure phibitū: iudicare cōtra agnitā veritatē. nec videre meo valet illa distinctio q̄ iudex duplicē p̄sonā dicit. s. p̄uatā et publicā. nā si p̄uata peccat: publica non eximit̄ nisi sit manifesta lex q̄ eam excuset. **N**ō est autē lex puto humana nec diuina q̄ dicat iudicādum cōtra veritatē agnitā. **N**on videt̄ igitur aliqua lex excusans sic iudicantē. **H**ec maḡ **M**athias i forma. **S**ed mihi videt̄ q̄ sufficienter responsum fuerit ad auctoritatē Augustini p̄ ea q̄ **B**urgen. ex verbis sancti Th̄o. induxit diffuse. Sed vt magis in speciali ad singula descēdamus. dicit̄ q̄ b̄t̄s Aug⁹ loquit̄ in casu quo iudex cōtra iura aut ordine iuris p̄uato: ferret sententiā cōtra inocētem timore aliquo mūdano agit⁹. ne. s. vita corporali. facultatib⁹. dignitate aut potestate iudicādi p̄uaret. **P**atet hoc cum dicat. qui p̄o his rebus quas contemni oportet. Sed vbi iudex ferret sententiā cōtra inocentē p̄ testes sufficiēter examinatos conuictū: non habēs ad superiores recursū. nec aliud quod agat sc̄d̄ iura: nō id faceret p̄o his rebus tēporalibus contēnendis. sed zelo coactus legū obseruandarū sc̄dm̄ quas tenet̄ ex debito officij sibi cōmissi iudicare et quas non licet ei p̄terire. **E**t in tali casu loquit̄ sanct⁹ Th̄o. **U**nde auctoritas Augustini nō est ad p̄positū. **E**t cū dicit maḡ **M**athias q̄ nullo iure cautū est imo diuino iure phibitū iudicare cōtra agnitā veritatē: dico q̄ si intelligat cōtra veritatē in forma iudicij agnitā seruato ordine iuris. s. p̄ leges publi-

cas diuinas vel humanas. et p̄ instrumētā testesq̄ legitimos ac diligētē examinos: verū est. Sed nō militat cōtra sc̄tūm Th̄o. **N**am in p̄posito suo iudex ferens cōtra inocentē sententiā: nō iudicat contra veritatē sibi agnitā isto modo: imo secundū veritatē sibi agnitā in forma iudicij. **S**i vero intelligat cōtra veritatē sibi agnitā aliter q̄ in forma iudicij. i. secundū p̄p̄riā cōscientiam et tanq̄ p̄uate persone: falsum ē q̄ dicit. **N**am lege diuina nō inuenit̄ phibitū esse iudicib⁹ tale iudicij et legibus humanis est cautū q̄ disponunt iudices iudicare secundū allegata et pbata. vt lege ciuili. ff. de offi. presi. illicitas. §. veritas. lege canonica. ij. q. i. vnus ex vobis. et caplo. **D**e⁹ ops. iij. q. vij. **J**udicet. vbi **A**mbrosi⁹ dicit bonus iudex nihil ex arbitrio suo facit et p̄posito domestice voluntatis. sed iuxta leges et iura pronūciat. statutis iuris obtēperat. nō indulget p̄p̄rie volūtati. nihil preparatū et meditatū d̄ domo defert. sed sicut audit: ita iudicat. obsequit̄ legibus. nō aduersat̄. examinat cause merita: nō mutat. **H**ec **A**mbrosius vbi glo. tenet q̄ etiā si cōsciētia iudicis nō concordet: p̄t non delegare cām sed d̄terminare s̄m̄ allegata. q̄ aliud facit aliquis in eo q̄ iudex est: aliud in eo q̄ hō est. **A**d quod facit. vj. q. iij. si t̄m̄ ep̄s. extra de offi. iudi. or. si sacerdos. et multū apte de offi. et po. iij. dele. pastoralis. §. q̄ vero. vbi glo. dicit sup̄ verbo. tenet̄ eandē. cōtra **H**ugonem et ei⁹ sequaces q̄ dicūt. q̄ iudex nō debet ferre sententiā sc̄dm̄ allegata si habeat cōsciētiam lesam in contrariū. **H**ec glo. **C**ū autē dicit magister **M**athias nō sibi videri q̄ valeat distinctio sc̄t̄i Th̄o. de duplici persona iudicis publica. s. et p̄uata: dico q̄ si sibi nō videat̄ forte obcecat⁹ passione: nō sequit̄ rectā non esse et iurib⁹ satis pbatā. nā illa exp̄sse habet̄ in glo. supra allegata. iij. q. vij. **J**udicet. **E**t etiā distinctionē facit Aug⁹. ad Bonifaciū

Liber

comitē ⁊ habet. xxiij. q. iij. si ecclesia. in fine. Ea etiā distinctione d̄ duplici vni⁹ ho-
minis p̄sona. i. q̄ vnus duplici fungatur
p̄sona: vti capitulū supra allegatū. si sa-
cerdos. in fine. Unde non deberet videri
istī magistro distinctio sc̄i Tho. quasi no-
ua quedam aduentio. Et cū arguit con-
tra distinctionē q̄ si priuata p̄sona peccat:
publica nō eximit. dicitur q̄ posito s̄ non
cōcesso q̄ p̄sona priuata peccaret in casu
n̄ro: ipse sibi respōdet dicens. nisi sit mani-
festa lex que eam excuset. quod est in p̄po-
sito prout supra deductum fuit. Et tamen
nō est verū q̄ in casu sc̄i Tho. priuata p̄-
sona peccat. q̄m̄ illa non occidit aut iudi-
cat innocentem cum non habeat iudicia-
riam potestatem super eum.

Circa librū Leuitici.

Capitulo primo.

In capitulo primo Leuiti.
sup illud. ponetq̄ super ca-
put hostie man⁹: Burgen. cōtra postillatorē ait. Per
hanc manū impositionē
potius videt̄ denotari q̄ homo offerēs il-
lud animal esset dignus occisione pro suis
peccatis ⁊ q̄ loco illius illud animal obla-
tum vel imolatū occideret. vt in p̄ma secū-
de. q. cij. ar. iij. ad quintū. **C**ōtra quem
maḡ Mathias inquit. Cū postillator
exponeret impositionē manū offerentis
sup caput hostie: Burgen. allegādo sc̄i Tho.
dicit illā impositionē potius debe-
re intelligi q̄ hō offerens: se protestet̄ pro
peccatis suis dignū morte. ⁊ q̄ per occisio-
nem aialis p̄ ip̄m oblati: vita eius redime-
retur. sed ista expositio ē falsa ⁊ cōtra glo.
ordinariā dicentē r̄c. Hec magister Ma-
thias. **I**n quibus verbis plane cōuin-
citur q̄ nec sc̄i Tho. legit: nec dicta
Burgen. bñ aduerterit. Mā sc̄i Tho.
in loco supra notato: nulluz de ipositione
manū offerēt̄ sup caput hostie verbū se-

cit. nec Burgen. sup expositione hui⁹ im-
positionis manū: allegat sc̄i Tho. s̄
in cōfirmationē eius quod secūdo subiun-
xerat. s. q̄ loco hois q̄ pro pctis suis dig-
nus erat morte: animal oblatū vel imola-
tum occideret. De ipsa enī occisione ani-
malis p̄cise locutus ē sc̄i Tho. in eo lo-
co: non de manū impositione. Et intellis-
genda sunt verba sc̄i Tho. non q̄ aialis
occisio semp offerentē dignū morte signi-
ficaret: s̄ q̄m̄ pro peccato offerebat. Mā
⁊ in eodē ar. in solutione. ad. viij. distiguēs
triplex sacrificiorū gen⁹: dicit q̄ holocaus-
tū quod totuz cōburebat: offerebat deo
specialiter ad reuerentiā maiestatis ipsi⁹.
⁊ in amorē bonitatis eius. ⁊ tertiū sacrifi-
ciū quod hostia pacifica vocabatur: deo
offerebat vel pro gratiarū actione: vel p̄
salute ⁊ p̄speritate offerentium. ⁊ tamen
vtrobicq̄ animal oblatū occidebat. Un-
de crederē q̄ fuerit magistro Mathie oc-
casio deceptionis q̄ Burgen. vtrūq̄. ⁊ d̄
manū impositione: ⁊ de aialis oblati oc-
cisione: sub vno orationis cōtextu posuit.
Sed si legerat sanctum Tho. singula sin-
gulis adaptarat.

Circa capitulum. xix.

In cap. xix. sup illud. Locu-
tus est domin⁹ ad moysen.
Burgen. q̄ plurimis ver-
bis egit ad d̄clarationē eorū
q̄ hoc in loco sup adduntur
ad explicāda vel p̄fecti⁹ adiplēda p̄cepta
decalogi. Et quib⁹ quasi i medio digres-
sionis infert. q̄ p̄ceptū de dilectione pri-
mi put in lege diuina tradit: nō est de p̄ce-
ptis iuris naturalis p̄mo p̄ se notis. Cui⁹
tñ cōtrariū dicit ip̄e sc̄i Tho. sensisse p̄
ma sc̄de. q. c. ar. iij. ad p̄mū vbi dicit. q̄ p̄-
cepta d̄ dilectione dei ⁊ primi: sunt p̄ma ⁊
cōmunia legis nature q̄ sunt p̄ se nota rō-
ni humane vel p̄ naturā vel p̄ fidē. Con-
firmat Burgen. eā fuisse sc̄i Tho. posi-

Leuitici.

tionem: ex eadem. q. articulo. xj. vbi sc̄tus
Thomas dicit q̄ quedā sunt precepta re
 ctissima ⁊ adeo manifesta: q̄ editione non
 indigēt. sicut mandata de dilectione dei et
 primi. Unde admiratur **Burgen̄**. vt ip̄e
 inquit. q̄ sc̄tus **Tho.** talem dederit in lo
 co allegato doctrinam. ¶ Sed certe ma
 iori admiratione dignum videtur q̄ **Bur
 gen̄**. talem in verbis sancti **Thome** ha
 buerit intellectum q̄ scilicet illa duo prece
 pta de dilectione dei ⁊ proximi. put **Deu
 trononij** sexto et **Matthei** vigesimo. se
 cundo data sunt: sint prima ⁊ cōmunia p̄
 cepta legis nature per se nota rationi hu
 mane que quia cōmunissima sunt ac ma
 nifesta: editione non indigent. Nam de p̄
 ceptis iam actu editis atq̄ traditis vt al
 legatur: qua mente diceret sanctus **Tho
 mas** q̄ editione non indigent: significans
 q̄ nec edita sunt: Doceret plane in eodē
 orationis cōtextu duo cōtradictoria simul
 esse vera. ¶ Et preterea expresse disputat
 sc̄tus **Tho.** vtrū de charitate debuerit da
 ri aliquod p̄ceptū secūda secūde. q. xliiij.
 arti. p̄mo. ⁊ concludit q̄ sic. ⁊ articulo sc̄do
 concludit q̄ duo fuerit data p̄cepta. s. d̄ di
 lectione dei ⁊ de dilectione proximi. Non
 ergo fuit mens sancti **Thome** dicere q̄ p̄
 cepta de dilectione dei ⁊ primi. put diui
 na lege tradita sunt: sint p̄ma ⁊ cōmunia
 legis nature p̄cepta: que quia per se nota
 sunt: editioe nō indigent. Unde rudis pla
 ne est **Burgen̄**. imaginatio. ¶ Dicenduz
 ergo est q̄ sc̄tus **Thomas** vbi dixit duo
 precepta dilectionis esse prima ⁊ cōmunis
 sima precepta legis nature. Que rationi
 humāe per se nota sunt ac p̄ hoc q̄ editio
 ne nō indigent: loquit̄ d̄ illis p̄ceptis c̄stū
 ad substātiā actus absolute. i. de dilectio
 ne dei ⁊ primi sine modo determinato p̄
 ut inest homini naturaliter. Est enim d̄ di
 ctamine legis nature omni rationali crea
 ture: q̄ diligat deum sup̄ omnia: in c̄stū ē
 vniuersale bonum. ac p̄ncipiū primum

⁊ p̄ma causa sui esse: totiusq̄ perfectio
 nis naturalis. Item est de dictamine ratio
 nis naturalis: q̄ homo primum diligat.
 qui intelligitur omnis hō. in quātū sibi si
 milis est s̄m naturā specificā. s̄m illud **Ec
 clesiastic.** xiiij. omne animal diligit sibi si
 mile. Docet hoc sanctus **Tho.** in plurib⁹
 locis ⁊ multū plane p̄ma pte. q. lx. ar. iij
 ⁊ v. Itē p̄ma secūde. q. cir. ar. iij. Unde
 hoc modo loquēdo: dilectio dei ⁊ dilectio
 primi sunt de primis ⁊ cōmunibus legis
 nature preceptis rationi humane p̄ se no
 tis q̄ exteriori nō indigent editione ⁊ p̄ser
 tim adiuncta fide a quibus omnia preces
 pta decalogi deducunt̄ sicut conclusiones
 imediate ex primis p̄ncipijs. put sanctus
Tho. tradit p̄ma secūde. q. c. arti. iij. ad p̄
 mū. Sed in lege diuina **Deutro.** vj. ⁊ **ma
 thei.** xxiij. tradita sunt precepta de dilectio
 ne dei ⁊ primi non c̄stum ad substātiā
 act⁹ absolute sed c̄stuz ad modū determi
 natuz. s. q̄ deus diligatur ex toto corde ex
 tota aīa aut mente. ⁊ ex tota fortitudine. et
 primum diligat quisq̄ sicut seipsuz. Iste
 enim modus diligendi deum ⁊ primum:
 non inest homini a natura sed ex gratia.
 Unde indiguit expressa editione p̄ modū
 precepti. cum sit de necessitate salutis. Et
 inde est q̄ duo precepta de dilectione dei ⁊
 primi: dicunt̄ precepta charitatis. quia ī
 eis nō solum substātiā act⁹: sed ⁊ modus
 ille diligendi qui est mod⁹ charitatis: ca
 dit in p̄cepto. ita q̄ sine charitate: ista duo
 precepta dilectionis impleri nō possunt.
 put pulchre deducit sanctus **Tho.** p̄ma
 secūde. q. c. ar. x. Unde **Aug⁹**. dicit in li. de
 p̄fectione iustitie q̄ hoc p̄ceptū. diliges
 dñm deū tuū: in plenitudine charitatis pa
 trie implebit̄. et q̄ p̄ hoc p̄ceptū indicat̄
 nobis. nō quid faciēdū sit: sed potius quo
 tendēdum sit. Ex qua auctoritate sequit̄
 q̄ dilectio dei cadit sub p̄cepto c̄stuz ad
 modū charitatis q̄ in eo importat̄. cū dici
 tur. ex toto corde ⁊c. Alias in via posset p̄

Libe

fecte impleri, quod tamen negat Augustinus. Idem expressè tenet sanctus Thomas, secunda secunde, q. c. lviij. ar. vj. et q. c. lxxiiij. ar. ij. ad secundum inquit. Perfectio diuine dilectionis vniuersaliter quidem cadit sub precepto. ita quod etiam perfectio patrie non excludit ab illo precepto. Idem tenet in de virtutibus, q. ij. ar. r. ad primum. Et quod isto modo intellexerit sanctus Thomas, precepta de dilectione dei et primi data fuisse lege diuina: patet, quoniam secunda secunde, q. c. lviij. vbi specialiter de his preceptis tractatum facit: vocat ea precepta charitatis. Et sub tali pretitulatione de eis disputat in tota questione. Si enim darentur ista precepta in lege diuina de dilectione naturali dei et primi vel quantum ad substantiam actus absolute: false dicerentur precepta charitatis, cum sine charitate esse possit ea dilectio. Unde et eadem, q. secunda secunde, arti. primo. Cum tertio loco obijceret ad probandum quod non fuerint danda precepta de dilectione dei et primi, ex eo quod inter precepta decalogi non continentur: non soluit obiectionem per hoc quod sunt de primis et comunissimis preceptis naturaliter notis quemadmodum prima secunde, sed soluit, quia omnia precepta decalogi ordinantur ad ista duo de dilectione dei et primi tanquam ad finem, propter quod in omnibus includuntur. Hoc intelligendum est per modum quo finis includitur in his que ad finem disponunt vel ordinantur. Omnia enim precepta decalogi: ordinabilia sunt et disponunt ad duo precepta charitatis, non tamen sicut ad finem adequatum aut conaturalem: sed sicut ad finem excedentem et supernaturalem, quemadmodum et virtutes morales ad virtutes theologicas disponunt ac ordinantur. Et hoc modo Apostolus dicit prima Thimo. primo, quod finis precepti est charitas, prout sanctus Thomas in postilla exponit. Sequitur ex premissis quod ista duo precepta: sunt secundum doctrinam sancti Thome precepta cha-

ritatis prout Deuteronomij sexto et Matthei vigesimo secundo tradita sunt. Quod et ipse deducit in eodem articulo. ¶ Habetur expresse premisse dilectionis dei et primi distinctio ex dictis sancti Thome prima secunde, q. c. articulo quarto ad primum et tertium. Et secunda secunde, q. c. lviij. ar. ij. ad primum. Et q. c. lxxvj. articulo. iij. et pluribus alijs locis. ¶ Satis apparet ex predictis quod Burgen. deceptus fuerit, non aduertens distinctionem quam sanctus Thomas habuit de dilectione dei et primi. ¶ Quod autem Burgen. obijcit de philosophis et peripatheticis qui cum de dictamine naturali rationis maxime scrutati fuerint: posuerunt amicitiam inter viros virtuosos esse precise: non habet difficultatem, quia amor aut dilectio naturalis quam ponit sanctus Thomas primum principium comunissimum per se notum: non est amicitia proprie loquendo. Nam amor ille naturalis non est virtus cum se extendat usque ad irracionales creaturas suo modo, vnde et inuenitur in bonis et malis hominibus. Amicitia autem perfecta prout philosophus dicit octauo Ethicorum virtus est, aut non sine virtute. Quod etiam concedit Burgen. Mirum ergo si in solis virtuosis reperitur. ¶ Item amor aut dilectio naturalis fundatur vel super causalitate esse et nature quibus omnes creature comparantur ad deum: vel super proprie nature communicatione per quam quelibet creatura comparatur ad omnes que sunt sue speciei. Sed amicitia prout de ea loquitur Burgen. fundatur super communicationem virtutis. Nec per hoc merito non ponitur a philosophis nisi inter homines virtuosos, quare obieccio Burgen. non est ad propositum, cum aliud sit de naturali dilectione, et aliud de amicitia, imo nec idem iudicium est de omni genere amicitie, prout sanctus Thomas deducit secunda secunde questione vigesima sexta articulo octauo.

Deutronomij.

Circa librum Deutronomij. Capitulo quarto.

In Deutrono. caplo q̄rto Burgen. volēs pbare quā dā postillatoris cōsequētiā minus efficacē: idurit dictū sci Tho. p̄ma pte. q. lxx. ar. ij. Ad quartū q̄ nihil phibet dici digni orē creaturā: ppter inferiores esse factam non s̄m q̄ in se cōsiderat: sed s̄m q̄ ordiatur ad integritatē vniuersi. Ex quo dicto Burgen. infert contra postillatorē q̄ etiam si corpora celestia sint facta ppter hominē: et hoc nō tollit quin sint hominis digniora. **C**ōtra quē magister mathias sic ait. nec d̄ductio sancti Tho. quā Burgen. adducit: valet. Per scolā enī parisiē. reprobatur et ad errores reducitur q̄ celū sit digni⁹ hoīe et̄. Hec ille cū ceteris. **S**ed hic reuera valde improprie locutus est magister Mathias. nō enim d̄ductio cui obsistit scola parisiē. sancti Tho. est nec eius dici debet. sed Burgen. quam deducit ex quodā dicto sancti Tho. quod verissimū ē q̄ d̄ductio Burgen. ex eo: extra mentē sancti Tho. fuerit. nūq̄ enī sanctus Tho. voluit aut docuit celum eē quid dignius hoīe in genere viuētū. Cū in eadē solutione p Burgen. allegata dicit q̄ hō s̄m aiām preferit corporibus luminariū imo nec celū s̄m doctrinā sancti Tho. causalitatē habet aut influētiā directe supra hominē inq̄tū homo est. et ab alijs inferioribus se: distinguit. Falso ergo magister Mathias significat q̄ sancti Tho. aliud in hoc articulo senserit vlt̄ docuerit a scola parisiē. licuit igitur magistro Mathie p defensione postillatoris pbare deductionem Burgen. ex dicto sancti Tho. fuisse ineptā et longe a sancti Tho. pposito. aut alias cōsequētiā postillatoris defendere. Nā dictū sci Tho. per Burgen. allegatū: verissimū est. necq̄ enī

negari pōt q̄ aliq̄ sint corpora pfectiora vt celestia: facta ppter esse et cōseruationem corporū imperfectiorū. s. istorū inferiorum put talia sunt partes vniuersi ad cuius perfectionem et consistentiam: corpora celestia condita sunt sicut ad quendam finē in genere creaturarum. q̄q̄ omniū creaturarum deus sit vltimus finis.

Circa capitulū. xxiij.

In caplo. xxiij. circa q̄stio nē motā per postillatores. an. s. repudiū vrozis fuisset in veteri lege illicitū: cum postillator recitaret duas opiniones famosas: Burgen. volens pbare longa digressionē q̄ opinio dicēs repudiū fuisse licitū sit magis consona littere et rationi: inter alia inducit quandā sancti Thome auctoritatē dicētis p̄ma secūde. q. cij. ar. v. ad tertium. matrimoniū fuit in veteri lege put erat in officium nature. non put est sacramētū coniūctionis xp̄i et ecclesie q̄ nondū erat facta. Unde in veteri lege dabat libellus repudij. quod est cōtra sacramēti rationē. Hec scūs Tho. **S**ed magister Mathias in replica sua contra Burgen. inquit sic in caplo. xxiij. vbi postillator disputat de libello repudij et diuortio: sicut et Scotus circa quartū sentētiarū et cōmuniter doctores: sol⁹ Burgen. cū fetō Tho. se procaciter determinat ad partē min⁹ probabilē volens q̄ in veteri lege repudiū erat nō modo licitū: sed etiā a deo pceptū expresse. Hec magi Mathias in forma. Cuius tamen questionis disputationem remittit ad ea que scripsit infra Mat. xix. Sed quoniam ibi non refert ipse magister sicut hic q̄ Burgen. cū sancto Thoma teneat in questione de repudio in veteri lege partem minus pbabile. s. fuisse licitū: oportuit hic id quod de sancto Tho. tetigit: examinare. **E**t certe mirabile est ne dicam abominabile

Liber Regum.

q̄ magister Mathias tam effrōte ac aperte imponat sancto Tho. illud falsissimū. cum ipse nunq̄ dixisse reperiatur q̄ repudium in veteri lege fuerit a deo preceptū. nec solum hoc: sed neq̄ in partem minus probabilem: vt ipse magister falso refert: se determinauit. s. q̄ repudiū fuerit in veteri lege licitum. Nā quarto sentētiarum distinctione. xxxiiij. q. ij. ar. ij. sub ar. ij. eam questionē disputat ex pposito. In cuius determinatione recitatis duabus opinionibus quas hic postillator tetigit: in fine secunde opinionis q̄ tenet repudiū fuisse licitū ex pmissiōe diuina: inquit sic. Et q̄uis hoc pbabiliter dicat: tamē primū cōmunius sustinet. Hec sc̄tus Tho. Fuerat p̄ma opinio q̄ repudiū in veteri lege fuisset illicitū. pmissum tamē ad mai⁹ malum vitandū. s. v̄roicidiū. Ecce q̄ ex p̄sse apparet q̄ sc̄tus Tho. magis se determinat in pbabiliorē partē. q̄ tenet hic postillator. s. q̄ repudiū fuerit in veteri lege illicitū. q̄uis dicat aliā opinionē habere pbabilitatē q̄d cōmūiter doctores dicūt. Itē prima secunde. q. cv. ar. iij. arguit sic viij. loco. Preterea inter virū & v̄roem sicut est maxima familiaritas: ita debet esse fides firmissima. sed hoc nō pōt esse si matrimonium dissolubile fuerit. incōueniēter igit̄ dñs p̄misit. Deutro. xxxiiij. q̄ aliquis possit v̄roem dimittere scripto libello repudij. & q̄ etiā v̄terius eam recuperare non possit. Ecce argumētū. Sequit̄ respōsio. Ad. viij. dicendū q̄ lex permisit repudiū v̄rois. non q̄ simpliciter iustus esset. sed p̄pter duriciā iudeorū. vt dñs dicit mat. xix. Sed de hoc oportet plen⁹ tractari cū de matrimonio ageat. Hec sc̄tus Tho. in forma. vbi patet q̄ magis se determinat in opinionē que repudiū dicit fuisse illicitum. ¶ Item cōtra gētiles. li. iij. cap. xxxiiij in fine sic ait. Per hoc aut̄ excludit cōsuetudo dimittētū v̄roes. q̄d tamē in veteri lege pmissum fuit iudeis p̄pter eorū duriciā

quia. s. p̄ni erant ad occisionē v̄ro. p̄missum ergo fuit min⁹ malū: ad excludendū mai⁹ malū. Hec sc̄tus Tho. in forma. Et quibus aperte constat q̄ magis teneat repudiū fuisse illicitū in veteri lege. nō enim potuit planius ostendere mentem suā q̄ dicere sicut hic. q̄ pmissum fuit minus malum: ad excludendū mai⁹ malum. Erubescat igitur maḡ Mathias qui plane hoc in loco aut non legisse: aut nō intellexisse sc̄tum Tho. vel maliuoluz fuisse salua pace sua comprobāt. Sed neq̄ auctoritatē doctoris sui Scoti fideliter introducit significās q̄ in eam opinionē se determinet: que repudiū dicit fuisse illicitum. nā in loco p̄ eum allegato. iij. sentētiarū. disti. xxxiiij. q. ij. vtrāq̄ recitat opinionē. nec se in aliquā partē expresse determinat. imo nec alteram earū pretulit alteri. sed eo magis videt̄ declinare i eam partem q̄ repudiū dicit fuisse licitū: q̄ multo plures ad eius pbabilitates induxit rationes. & argumenta in contrariam partē magis sollicitē dissoluere conat⁹ ē. ¶ Auctoritas autem sancti Thome quā Burgen. pro se introduxit: pposituz eius non probat. cuz ibi precise dicat sanct⁹ Tho. q̄ in veteri lege dabatur libellus repudij. sed vtrum id licitum fuerit aut illicitū: nō determinat neq̄ prosequitur.

Circa quartuz libru Regum. Capitulo. xx.



Nā quarto li. Regū cap. xx. super illud. Vis vt ascēdat v̄mbra. r. lineis. Burgen. allegat sanctū Tho. prima parte. q. cv. arti. vlti. dicētes q̄ inter miracula: summū gradum tenent ea que nullo modo natura facere pōt. vt sunt retrocessio solis. glorificatio corporis humani & similia. Sed magister Mathias q̄ doctrinam sancti Tho. vel in modis coferre nō valet. etiā si agnitā veritatem

Job.

impugnare deprehendat: obstitit dicens
q̄ dictū illud sancti Tho. auctoritati Au-
gustini cōtradicit q̄ in primo de trini. cap.
vj. inq̄t. **N**atimū miraculū esse suscitare
mortuū. **I**n quo plane magister Ma-
thias conuincit manifestā impugnare ve-
ritatē. Nam si mirabilia nominant̄ put
Aug⁹ dicit. xxvj. cōtra faustū. **L**uz deus
aliqd̄ facit contra cognitū nobis solitūq̄
cursum nature: cōsequens est q̄ miracula
dicant̄ per cōparationē ad facultatē na-
ture quā excedūt. **N**ā ex cōparatione ad
diuinā potētiam: nihil est qd̄ possit appel-
lari miraculū. qm̄ quodcūq̄ factū: mini-
mū est diuine potētie cōparatū. **U**n̄ seq̄t̄
q̄ fm̄ hoc dicat̄ aliqd̄ mai⁹ miraculuz: q̄
magis excedit facultatē nature. sed q̄s ne-
gauerit id magis fieri supra naturam rei
quod naturam excedit: et cōtū ad substā-
tiā facti: et cōtū ad modū fēdi: q̄ qd̄ exce-
dit naturā cōtū ad modū fēdi precise:
quorū tamē primū in solis retrocessione
aut statione contingit. secūdū vero in cor-
porū mortuorū viuificatione. **E**t cōfirmat̄
p̄ ea q̄ Aug⁹ dicit. xxj. de ciui. dei cap. viij
ubi ex p̄posito cōferēs d̄ miraculo ait sic.
quid ita dispositum est ab auctore nature
celi et terre: quēadmodū cursus ordinatiss-
simus siderū: quid tā ratis legibus fixisq̄
firmatū. **E**t tñ qñ ipse voluit q̄ summo re-
git imperio ac potestate quod cōdidit: stel-
la p̄ ceteris magnitudine ac splēdoze no-
tissima: colorem. magnitudinē. figuram et
quod ē mirabili⁹ sui cursus ordinē legēq̄
mutauit: curuauit. **H**ec augustin⁹. et post
pauca exēplificat de statione solis tēpore
Josue et de eius retrocessione tēpore Eze-
chie. ex q̄ auctoritate Aug⁹ habet q̄ ni-
hil ita dispositū est aut tā ratis legibus fi-
xisq̄ firmatū: quēadmodū cursus siderū.
et ex hoc p̄cedit Aug⁹ ad p̄bandū excel-
lentia miraculorū q̄ facta sunt circa sidera.
sequit̄ enim si nihil tam fixū et firmatū est
q̄ cursus siderū: q̄ nihil tā magnū est aut

tā mirabile q̄ ipsum stellarū cursum mu-
tare. **A**d auctoritatē Augustini in con-
trariū facilis est respōsio. **N**ō enim Aug⁹
in eo loco p̄tendebat gradus et differētias
in miraculis assignare. sed volēs omnipo-
tētiā filij ex effectib⁹ demonstrare ac p̄ hoc
patris et filij summā equalitatē p̄bare: di-
xit an quicq̄ maius miraculū est inter mi-
rabilia: corporū mortuorū resuscitatione:
quasi diceret. certe non est maius miracu-
lū quod scilicet p̄e magnitudine sua ma-
gis arguat omnipotētiā dei q̄ resuscita-
tio mortuorum q̄ facta est per filiū. ita ut
maioritas referat̄ nō ad miraculū in se: s̄
ad cōprobationem vel attestatiōē diui-
ne omnipotentie. ut sit sensus q̄ nihil ē ma-
ius mirabile resuscitatiōe mortuorū idest
magis diuinā ostēdēs omnipotētiā. quia
hoc miraculuz dei omnipotētiā arguit:
quēadmodū et alia. **N**ā et si gradus sint in
miraculis: oia tñ diuinā oipotētiā attestā-
tur. dicit enim Aug⁹ i epistola ad Volusia-
nū. q̄ in rebus mirabiliter factis: tota ra-
tio facti est potentia facientis.

Circa libru⁹ Job in prologo.



In prologo libri Job pos-
tillator inquirens q̄ fuerit
intentio auctoris in hoc li-
bro recitat positionē sancti
Tho. qui hūc librum sub-
tiliter et eleganter exposuit dicentis q̄ in-
tentio sancti Job in hoc libro fuit suppo-
sito q̄ res naturales diuina prouidentia
regant̄: declarare vltērius etiā actus hu-
manos diuina prouidentia regi. **H**āc san-
cti Tho. assertionē postillator declinat di-
cens eam nō fuisse sancti Job intētiōez.
qm̄ totus iste liber p̄cedit p̄ modū cuius-
dā disputationis inter Job ex vna parte
et amicos ei⁹ ex altera. q̄ tamē in hoc cōue-
niebāt cū Job ut ipse dicit q̄ act⁹ huma-
ni regunt̄ diuina prouidentia cū niterēt p̄ba-

Liber

re eum a deo iuste punitū p peccatis suis. ergo nō erat intētio Job idipm eis prōnes et disputatiue ostēdere. Nā intētio disputātis cōtra aliquos: nō est pbare id in quo cū eo cōueniūt, sed aliud i quo ab eo dissentiūt. Nū dicit postillator q̄ intentio sc̄i Job in hoc libro fuit q̄ aliqñ in p̄senti malis eueniūt bona et iustis aduersa s̄m ordinē diuine p̄uidētie ad quā p̄tinet punire mala et p̄miare bona in hac vita et in futura. Ad quod p̄bandū p̄cedit ex concessio ab eis, s̄. q̄ act⁹ humani diuina p̄uidētia regunt. Hec postillator in sentētia. ¶ Ad q̄ respōdet Burgen. q̄ licet aduersarij Job concederēt actus humanos diuina p̄uidētia regi: sic tamen ponebant modū regēdi: q̄ nō cōpetebat deo inq̄stū dicebāt q̄ de⁹ p̄miat iustos et iustos punit solū in bonis et malis t̄p̄alibus huius vite put p̄zin p̄cessu etiā h̄z postillatorē. Nā hic modus regēdi nō competit diuine iustitie. Unde p̄uidētia dei circa actus humanos: simpliciter negabāt ponētes eaz illo modo quo deo nō posset competere, licet p̄uidētia dei concederent in confuso. Hec Burgen. et bene et ad intētionē sancti Tho. ¶ Intellexit enim sanct⁹ Tho. amicos Job negasse p̄uidētia dei circa actus humanos: non in se: sed in eo ad qd sequit̄. s̄. in suo effectū. est enim effect⁹ quidam diuine p̄uidētie: q̄ malis in hac vita bona interdū eueniāt: et iusti sine culpa sua affligantur. Ad horum scilicet exercitium et p̄bationē ac maiorem gl̄iam et in exemplū aliorum, s̄m illud apostoli Ro. quinto. Gl̄iamur in tribulationibus scientes q̄ tribulatio patientiā opatur. patientia autē p̄bationē. p̄batio vero spem. Et Jacobi primo. Bt̄us vir q̄ suffert tētationem: quoniā cū p̄batus fuerit accipiet coronam vite et̄. Ad aliorū vero maiore penam s̄m illud Sapientie. xiiij. Creature dei in odiū facte sunt et in tētationem anime hominū et in muscipulas pedibus insi-

piētū. Unde cum amici Job negarent hunc ordinē diuine sapientie, quo disponit aliquando iustos in hac vita non pro culpa sua flagellari: quod et postillator cōcedit: sequit̄ q̄ dei p̄uidētia circa act⁹ humanos ex cōsequēti negabāt, quod sanct⁹ Tho. notauit. et q̄ iste fuerit intellect⁹ sancti Tho. patet ex eo q̄ fundamētum amicorū Job dixit fuisse iustorū afflictionez in hac vita. Alit enim sic. id autem q̄ p̄cipue p̄uidētiā dei impugnare videt̄ circa res humanas: est afflictio iustorū. Nā q̄ malis interdū bona eueniant et si irrationabile videat̄ et p̄uidētie cōtrariuz: t̄m vtrūq̄ habere pōt excusationē ex miseratione diuina. Sed q̄ iusti sine causa affligant̄: certitudinaliter videt̄ subruere p̄uidētie fundamētū. Hec sanct⁹ Tho. ex q̄bus manifeste app̄t q̄ intētio eius fuit q̄ amici iob explicite et immediate negarēt afflictionē iustorū in hac vita. quod erat implicite destruere fundamētū p̄uidētie diuine. Nō enim intellexisset sanct⁹ Tho. q̄ esset intētio Job pbare amicis quasi negatib⁹ absolute et simpliciter p̄uidētiā dei circa act⁹ humanos. cū dicat caplo. v. expresse heliphat eam asseruisse et p̄uidētia dei. sup illud. q̄ ponit humiles. et ibi. beat⁹ homo qui corripit̄ et̄. Sed ē mod⁹ loquēdi sc̄i tho. in hoc loco. sicut si fidelis q̄s credēs totā sacrā scripturā: negaret p̄ ignorātia bt̄m petrū fuisse piscatorē. certe talis vere diceret̄ negare sacre scripture veritatē. q̄ negat aliqd ex quo sequit̄ sacrā scripturā falsum dixisse etiā si illud neget ignorās q̄ in sacra scriptura contineat̄. Ita etiam amici Job cōcedētes diuinā p̄uidētia circa act⁹ humanos in cōfuso: potuerunt eam vere negare implicite tamē et ex cōsequēti negātes in particulari aliquem modū vel ordinē diuine p̄uidētie quē habet circa actus humanos: quēadmodū iudei negātes explicite deum esse hoc modo scilicet trinū et vnum: ex consequēti negāt

vere deū esse. et negātes hunc modū incarnationis filij dei. s. p. natiuitatē ex virgine: ex consequēti et implicite negarēt incarnationē filij dei absolute. Et premissis satis respōsum est ad rationē postillatoris. nō enim Job et amici ei⁹ cōueniebāt in cōcedēdo diuinā puidētiaz circa act⁹ humanos. nā amici Job cōcedebāt diuinā puidētiam tali modo: ex quo seq̄batur implicite et ex cōsequēti nullā esse dei puidētiam circa actus humanos. ¶ Quid autē magis Mathias dicit q̄ si ppter implicitā negationē intentio Job fuisset pbare deū esse puidētē actū humanorū: debuisset pmo probare deū esse qd̄ sic implicite negassent amici ei⁹ cum nihil aliud sit deum esse: q̄ deū esse iustū: nullāq̄ penit⁹ habet rōnem. q̄ etiā si sc̄tus Tho. vellet significare q̄ intētio Job fuerit pbare puidētiam dei eē absolute et simpliciter circa act⁹ humanos: nō ideo sequerēt q̄ primo debuisset pbare deū esse. qd̄ etiā implicite negabāt. Nā ad pbandū cōclusionē nō cōcessam: sufficit in omni argumētatione pbare principiū primū et immediatū. ex quo sequit̄ talis cōclusio. neq̄ est necessariū pbare oia pncipia mediata et remota q̄ quadā deductione a pmo ad vltimū negant cōclusionē negata. nisi forte principiū primū fuisset negatū qd̄ nō est in proposito. alias q̄libet sciētia debuisset pbare omnia rerū pncipia vsq̄ ad pmas animi cōceptiones ad probandas pprias cōclusiones. q̄ oia quodā ordie negant vna cōclusionē negata. q̄ esset sciētias oēs cōfundere. et tñ verū est q̄ sc̄tus Tho. intellexit fuisse intētionē Job pbare p rōnes puidētiam dei circa act⁹ humanos eo modo quo ei⁹ amici illā negabāt. s. directe et explicite: secūdū aliquē modū et ordinē sicut declaratum est. et ex consequēti et implicite: pbare absolute et simpliciter diuinam prouidentiam de actibus humanis quas illi implicite et ex consequenti negabant.

Circa capitulum. iij.



In capitulo. iij. sc̄tus Tho. exponēs verba Job quibus maledixit vite sue et natiuitati: dicit q̄ verba Job in hoc caplo: nō fuerūt verba impatiētis et blasphemij. sed illa ptulit volēs significare dispositionē partis sensitive abhorrescētis miserias in quibus erat. cui est vita talib⁹ miserijs subiecta tristabilis et odiosa. et tñ p rōnem vitaz suam cū illis miserijs acceptabat p virtutez patientiez et sub spe pmiij vite future. Nāc expositionē sancti Tho. postillator referēs: dicit pati calumniā ex eo quia amici Job cū essent sapiētes et viri litterati nūq̄ contradixissent Job hoc modo loquenti. cuz scirēt passionē tristabiles esse simpliciter sensitive partis. Unde p hanc expositionē dicit ipse tota eorū disputatio cōtra Job pcederet in equiuoco. cū nitant̄ ostēdere Job ex impatiētia maledicū et blasphemū tanq̄ ex erronea rōne loquētes. quod videt̄ incōueniens dici de viris sapientibus. ¶ Propter quod ipse postillator aliter exponit dicēs. q̄ Job illa verba ptulit non quasi ex se et de mēte propria: sed cōcludēs cōtra amicos suos ex cōcessis ab eis et ducens ad incōueniēs. Negabāt enī amici Job vt dicit postillator punitionem peccatorū et remunerationē bonorū in futura vita. et ex hac sententia erronea quā nouerat Job: concludebat contra eos q̄ vita sua et tot et tantis miserijs subiecta esset sibi odibilis et onerosa. et p cōsequēs natiuitas sua cōceptio et educatio si de horū tolerantia: nulla in futurū est expectanda premiatio. Hec postillator in sūma. ¶ Sed Burgen. ostēdens expositionē sc̄ti Tho. verā et magis rationabilē respōdet ad objectionē postillatoris dicēs falsum esse: q̄ stante expositione sancti Tho. disputatio Job et amicorū eius pcederet in eq̄

Liber

hoc. quoniam eorum disputatio circa hoc erat principaliter quod Job dicebat se esse flagellatum sine culpa. amici vero asseriebant ipsum flagellatum esse in pena culpe sue sicut ex processu patet. et ita disputatio eorum non erat in equiuoco sed sibi inuicem de directo contradicebant. alia autem quam in hac disputatione interposita sunt: non erant de principaliter intentis sed de secundario supuenientibus. unde et infra capitulo xxxij. ubi cessauit disputatio trium amicorum dicit sic. omiserunt autem tres viri isti respondere Job. eo quod iustus sibi videretur. id est quod non poterant ipsum convincere de iniustitia sua. Amici ergo Job quod principaliter preterdebant in disputatione probare iob pro culpa sua flagellatum: non sunt persecuti utrumque verba que in capitulo hoc interposuit: fuisse plata secundum partem sensitivam vel alias que si non curantes de illis. et sic nec ipsi disputabant in equiuoco: nec Job eos detinuit in verbis ad propositum non expectantibus. utriusque enim partis intentio: versabat principaliter circa iustitiam Job quam ipse proponebat. alij contradicebant. Quod autem postillator dicit quod Job in hoc capitulo ex sententia erronea amicorum suorum quam nouerat concludit vitam suam odibilem et onerosam ducendo eos ad inconueniens: dicit Burgen. esse irrationaliter dictum. tum quia quoniam hoc capitulum proposuit: nihil legit audiuisse ab amicis cum ipse fuerit primus loquens de hac materia. nec debuisse eis imponere quod aliquid erroneum credi dissent: non habes de hoc certam noticiam. tum etiam quia si hoc modo loqueretur. scilicet ex aliorum positione ut eos duceret ad inconueniens: debuisset interponere aliquam dictionem que significaret quod hoc loqueretur ex aliorum positione non ex sua. quod tamen non facit. sed simpliciter loquitur tanquam ex propria opinione sicut sanctus Thomas exponit. Hec Burgen. et bene. Et certe mirabile est unde postillator expositionem suam adiuenerit ac firmauerit cum neque in verbis Job vel amicorum eius neque in modo loquendi: vllum ha-

beat fundamentum. Sed et plane expositionis sua damnatur per quam rationes putat expositionem sancti Thomae excludere. Nam stante expositione postillatoris disputatio Job et amicorum eius manifeste prederet in equiuoco. Probat quoniam si iob verba maledictionis protulit non ex se sed concludens contra amicos suos ex concessis ab eis et deducendo ad inconueniens: hoc illi nunquam intellexerunt nec ipse se exposuit in tota disputatione. imo amici eius verba Job acceperunt tanquam blasphemantis et impatientis. et de hoc ipsum reprehenderunt. Unde in sequenti capitulo respondens ei eliphaz primus ait. nunc autem venit super te plaga: et de fecisti. tetigit te: et conturbatus es. ubi timor tuus. fortitudo tua et patientia tua et perfectio viarum tuarum. Et in capitulo v. dicebat. virum stultum interficit iracundia. quod postillator exponens dictum esse contra Job: inquit. ille enim vere stultus est: qui a virtute patientie cadit propter aduersitatis pondus. Item baldach suites capitulo xvij. respondens ipsi Job qui in capitulo precedente miseras suas de clamauerat: inquit. quod perdis animam tuam in furore tuo: ubi postillator ait. qui dicat talia dixisti ex impetu furoris tui: qui animam a sapientia et virtute deicit et sic eam destruit et perdit. Ecce quod amici Job etiam secundum expositionem postillatoris: nequaquam intellexerunt eum dixisse verba sua maledica ex eorum suppositione ut eos duceret ad inconueniens. sed acceperunt illa tanquam blasphemantis et impatientis. Sequitur ergo ex his quod eorum disputatio stante expositione postillatoris: manifeste prederet in equiuoco. ac pro hoc quod postillator in idem inconueniens incidit: ad quod putat sanctus Thomas deducere. Sed neque expositio sua vllam videtur habere probabilitatem. Nam amici Job penam ac premium future vite negantes: nullum inconueniens putarent quod vita Job tam multis doloribus ac tantis miserijs subiecta: sibi esset odibilis et onerosa. imo sponte illud amitte-

Job.

rent. presertim cum videret Job in tali ac tanto miserie statu: de quo non apparebat possibilis liberatio via humana put ipse postillator concedit. Probatur illud. qm̄ nō esse et mors inquātū penalis ac misere vite ablativa sunt: sub ratione cadūt appetibilis. Tollit enim mors vt sic miseria. que est omniuz malozum maximū ac per hoc rationem habet boni et appetibilis. Unde et dñs Math. xxvj. dicebat. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. et Ecclesiastici. xli. ait sapiēs. O mors bonum est iudiciū tuū homini indigētī et qui minorat virib⁹ defecto etate et c. Per quē modū dicit Apocal. ix. In diebus illis q̄rent homines mortē et non inuenient eam. desiderabūt mori et c. Nō ergo amici iob habuissent p̄ inconuenientiā q̄ vita ipsius tantis astricta miserijs: esset sibi nolita et odiosa. ac etiā q̄ appeteret nō fuisse. Frustra itaq̄ foret et nihil momētī haberet argumētatio sancti Job stante expositione postillatoris. cū illud cōcluderet: q̄ vltro ab aduersarijs cōcederet. Nec pbat rationabiliter postillator amicos Job habere p̄ incōuenientiā vitā ipsi⁹ sibi esse p̄ illo statu odiosam ac nolitā: ex eo q̄ euz ad penitentiā inducebāt dicentes q̄ si hō vere penitet: a quibusuis miserijs liberabitur a dño. Nā vtrūq̄ hoz simul stare potuit. et q̄ agnoscerent vitā Job tot miserijs subiectā esse sibi p̄ tunc odiosam: et q̄ illi ad penitentiā sub spe salutis recuperāde suaderēt. Unde nulla rōne p̄abile fit q̄ Job vir sapiētissimus verba sua pferret maledica argumētando vt amicos duceret ad incōueniēs: quod neq̄ illi neq̄ aliquis satis doctus p̄ incōuenientiā haberet. Inquit enī Hierony. sup̄ illud. Bonum erat ei et c. Math. xxvj. multo meli⁹ est non subsistere: q̄ male subsistere. Patet ergo et his inualidū esse fundamētū qd̄ postillator in sua habuit expositione. Sed et ipse Job causam sue ipatiētie et verborū

maledicoz q̄ ptulerat: nō aliam dixit esse q̄ flagella dñi q̄ sustinebat. Alit enī caplo vj. vnde et verba mea dolore sunt plena: q̄ sagitte dñi in me sunt. quarū indignas̄tio ebibit spūm meū. Et capitulo. vij. cuz p̄mitteret penas quas patiebat: dicit. quāob̄rē elegit suspendium anima mea et mortem ossa mea. desperavi. Ecce ex omnibus p̄missis q̄ causam qua maledixit vite sue et natiuitati et alia verba impatiētie ptulit: assignat fuisse flagella et dolores acerrimos quibus p̄mebatur. neq̄ vnq̄ pro causa assignauit falsam amicos rū opinionē de nulla retributione fienda pro meritis ac demeritis in vita futura p̄ ut postillator exponit. Unde satis videtur q̄ fuerit expositio eius ficticia. Verum magister Mathias p̄ postillatore decertans credit se respōdere ad ea q̄ Burgen. p̄ expositione sancti Tho. cōtra postillatorem supra notauit. Unde ex tota deductione Burgen. colligit tria puncta. Primum est q̄ materia principalis disputationis Job fuit q̄ flagellaret sine causa. Secundū q̄ Job asseruit se iustū et per cōsequens sine causa flagellatus. Tertium q̄ amici Job solum impugnabāt iusticiam Job quā ipse p̄tēdebat. Alia autē que disputationi interposita sunt: q̄ sint accessoria in disputatione. Hec tria dicit magister Mathias Burgen. posuisse q̄bus cōprehēdit tota eius digressio. Ad que magister Mathias r̄ndet dicens q̄ p̄mu⁹ dictū est simpliciter falsuz neq̄ esse imponendū tā cōmendabili viro sicut Job. pbat illud esse falsum. q̄ aliqd̄ in rerū natura fieri sine causa: vna oīuz philosophoz voce reprobat. Ad secūdū similiter respōdet falsum esse q̄ Job se fore iustū asseruit. Nā hoc faciēs: foret iniustus quēadmodū ipse Job dicit. ix. hui⁹. et p̄ma Joā. j. Si dixerim⁹ q̄ peccatū nō habem⁹ ipi nos seducim⁹ et veritas i nobis nō est. Nā dicit maḡ mathi. q̄ verba illa q̄ ad inocē

Liber

tiam vel iustitiā Job tendere videntur: nō aliter accipienda sunt nisi sicut verba xpi d' ceco nato. Joā. ix. neq; hic peccauit nec parentes eius &c. q; iob nō dixit simpliciter se nō peccasse. Nam hoc esset temerariū. sed dixit se nō peccasse vt flagellaret. ¶ Simili modo dicit q; tertiu dictū burgen. stare non pōt q; amici iob nō intēdebant eū pbare iniustuz: sed habebāt hoc tanq; euidentē ex flagellis iuxta errorem illorū quo neminē dixerūt flagellari sine culpa. Ad quod cōcludēdū tendit eoz disputatio. Concludit ergo magister Mathi. q; materia disputationis in hoc libro: fuit neminem puniri in presenti nisi pro peccatis. cui errori Job se opposuit & non p iustitia sua. sed pro iniuria deo facta per derogationem disputauit. In cuius signum infra capitulo vltimo de^o illos tres amicos increpās non dicit eos contra iob locutos: sed contra deum & dei iustitiam. ideo d' ibi. iratus ē furor me^o in te & in duos amicos tuos q; nō estis locuti corā me rectū. i. dogma verū s'm glo. Si enī locuti fuissent cōtra iustitiā iob dicit ipse: vt sonat tertiu dictū Burgen. nō possent reprehēdi quasi nō rectū locuti fuissent. cum et iob reprehēibilis erat & p deū reprehēsus. vt patet infra. xxxviii. ¶ Ad primā objectionē Burgen. contra postillatozē rīdet magister Mathi. q; amici iob fuerūt viri insignes. ideo fama pdēte potuit Job scire eoz opiniones & doctrinas. & fortasse tpe pspitatis se cōtulit cū eis: sic q; eū nō latebāt errores illoz. ¶ Ad secūdū rīdet q; quādo maledixit iob diei &c. satis ddit intelligere q; ex suppositione errorū quos nouerat maledicebat creaturis dei. nā cuz esset voce dñi laudat^o vt iustus & rectus: creature dei maledicere nō potuit absolute. ¶ Laborat cōsequēter magister mathias refellere rōnem quā sanctus Tho. assignat de eo q; tā particulariter iob vite sue & natiuitati maledixit dicēs primo q;

non videt sibi conueniens sacram scripturam poematibus & poetis comparare. cū multa soleāt mētiri poete. ¶ Secundo q; nō videt sibi bene inferri ex dicto beati Hiero. passus iste est metric^o: ergo poeticus. q; multa sunt poetica psalica. multaq; metra nō poetica. Hec magr Mathi. cōtra Burgen. & in p iudiciuz expositionis sci Tho. q; daz alia notauit contra Burgen. quoz mea nō interest cū doctrinā sci Tho. nō tangāt. ¶ Hec autē q; recitata sunt ex dictis magri mathi. q; faciles hēant absolutionē: ex dicēdis patebit. Primum enī qd ex dictis Burgen. colligit: certe false sibi impositū est. nō enī in verbis Burgen. inuenit dictū q; materia disputationis iob fuerit q; flagellaret sine causa sed q; flagellaret sine culpa. mirū est ergo q; re aut vnde id sibi imposuerit. Sed & si dixisset sine causa: nō certe esset maledictū. Nā sensus esset. i. sine causa culpabili. qm s'm regulā Hilarij. iiii. li. de trini. intelligētia dictoz ex causis est assumēda dicēdi. Satis enī cōstat ex cōmuni vsu loquēdi etiā sacre scripture q; cū d' q; puniri sine causa: intelligatur. i. sine culpa. q; vt cōmuniter causa pene culpa ē. Tali enī modo loquēdi vsus ē ipse iob infra ix. cap. dicēs. & multiplicabit vulnera mea etiā sine causa. i. sine culpa. sic etiaz. ps. iij. dicit. qm tu percussisti oēs aduersantes mihi sine causa. sic & in multis locis sacre scripture. Nō debuisset igit magr math. ex illo modo loquēdi: calūniā cōtra Burgen. suscitare. etiā si illud dixerat. ¶ Sed neq; s'm dictū rōnabiliter ipugnat. nā qd burgen. dicit iob se fore iustū asseruisse: verū esse cōstat ex plurib^o locis hui^o libri. sed pserti ex cap. xvj. vbi expsse dicit. Nō peccauit & in amaritudinib^o morat^o ocul^o meus. Et. xxvij. cap. dicit iob. neq; enī reprehēdit me cor meū i oi vita mea. Itē ca. xxiiij inq; heliu loquēs cōtra iob. dixisti ergo i aurib^o meis & vocē verboz tuoz audiui.

Job.

mūdius sū ego ⁊ absq̄ delicto imaculatus
⁊ nō est iniquitas in me. Claret ergo ex his
q̄ iob se iustū esse asseruit. Et cū magister
math. dicit hec v̄ba ⁊ similia itelligēda eē
nō absolute q̄si diceret iob se nullū habu-
isse pctm̄: s̄ sub hoc sensu q̄ nō habuerit
pctm̄ quo dign⁹ esset sic flagellari: dico q̄
ip̄so eodē sensu accipiēda sunt v̄ba Bur-
gen. sicut enī iste locut⁹ ē simplr sine d̄ter-
minatione: ita ⁊ iob. imo ⁊ magis absolute.
Qua ergo sapiētia mirabili magr̄ math.
iudicauit v̄ba Burgen. eē reph̄ensione di-
gna: cū diceret verba iob merito eē expo-
nēda: videt̄ plane q̄ non rectis oculis id
diffinierit. ¶ Qd̄ aut̄ dicit magr̄ math. cō-
tra tertiū dictū Burgen. q̄ amici iob nō
intēdebāt eū pbare iniustū nec circa hoc
disputabāt ꝓtra eū s̄ habebāt hoc tanq̄
euidēs ex flagellis: manifeste falsum ē nō
solū ex ꝓcessu disputationis. vbi. singule
obiectiōnes ⁊ respōsiones circa iustifica-
tionē iob versant̄ ꝓ ⁊ cōtra ꝓut diligen-
ter cōsiderātī patebit: sed ex fine disputa-
tionis. Dicit̄ enī cap. xxxij. omiserūt autē
tres viri isti r̄ndere iob: eo q̄ iust⁹ sibi vi-
deret̄. Ex q̄b⁹ verbis aptissime cōstat dis-
putationē eoz versari circa iustificationē
iob cū ea cōcessa ab aduersarijs cessauerit
eoz disputatio. Nā tūc rōnabiliter ces-
sat disputatio: qm̄ altera pars cōtradictio-
nis de q̄ fuerat disputatio: cōcedit̄ ab ad-
uersario. Nā ⁊ heliū disputationē ꝓsecu-
tus ē qm̄ adhuc ꝓtē ip̄si⁹ iob nō concesser-
at s̄ tenebat iob iustū nō fuisse. imo ꝓ
sua iustitia fuisse flagellatum. ⁊ ita sup̄ iu-
stificationē iob cepit disputare dicens se-
quēti caplo. dixisti ergo i aurib⁹ meis mū-
dius sū ego ⁊ absq̄ delicto ⁊c. Sed ⁊ ꝓ-
stillator i eo cap. xxxij. plane dicit q̄ mate-
ria disputationis iob ⁊ amicoz eius fuerit
verbū iob quo dixerat se iustū esse. Inq̄t
enī sic. cessatio aut̄ hui⁹ disputationis fu-
it eo q̄ tres amici iob supra positi auditis
verbis iob q̄bus inocētā suā mlt̄pliciter

declarauerat: reputauerūt eū esse iustuz. ⁊
ideo merito tacuerūt q̄ cū eo disputare ce-
perāt: eo q̄ ante cōtrariū tenebāt. s. ipsum
a deo fuisse ꝓpter suā iniustitiā flagella-
tum. Heliū aut̄ adhuc idē tenebat ⁊ iusti-
tiā quā Job ꝓ se declarauerat simula-
tā ⁊ nō verā credebat. Hec postillator in
forma. Ex quib⁹ apparet q̄ magr̄ math.
gratis reph̄ederit Burgen. cuz manifeste
falsa assumpserit in ei⁹ reprehensionem et
suo postillatori aduersantia. ¶ Signum
autē qd̄ magister Mathi. adducit ad ꝓ-
bandū q̄ iob se opposuerat amicis ꝓ in-
iuria in deum cōmissa ⁊ nō ꝓ deffensiōe
iustitie sue: nullā habet apparētā. Nam
cū deus sit veritas ꝓma a qua omne verū
depēdet ⁊ est: q̄cqd̄ cōtra aliquā veritatē
dicit̄: ꝓt dici nō rectū corā deo. ⁊ ita q̄c-
qd̄ cōtra veritatē a iob ꝓpositā dicebat̄:
merito corā deo nō rectuz esse dictum est.
Nā q̄ amici iob opposuerāt contra iusti-
tiā eius ꝓ cuius defensione ille certabat:
nō erat rectū corā deo. qm̄ non sic se habe-
bat rei veritas. Et cū dicit magister Ma-
thias q̄ iob vere reph̄esibilis erat ⁊ a deo
fuit reph̄esus infra caplo. xxxviij. ⁊ ꝓ
cōsequēs q̄ nō erat vera iustificatio eius:
dico q̄ ad hoc respondet postillator quez
ipse defensare cōtendit super eodē. xxxviij
capitulo dicens. q̄ q̄uis dicta Job ꝓ q̄-
bus a deo reph̄editur vera essent: tamē
quia habuerunt speciem malī ⁊ poterant
generare scandalū: quia ex modo loquen-
di videbatur dicere aliqua in derogatio-
nem diuine iustitie ⁊ ꝓsumptuose: ideo
reph̄enditur a deo. Idem dicit in sum-
ma capitulo vltimo exponens illud. sicut
seruus meus Job. ¶ Potest etiam respō-
deri ꝓ ea que glosa dicit super illd̄. nec
enim reph̄endit me cor meum capitulo
xxvij. inquit enī. Sed quo pacto a corde
suo reph̄endi se negat: qui sup̄ius dicit.
Peccaui: Peccaui quidē vl̄ cogitādo: s̄
nequaq̄ se a corde suo reph̄edi confitet̄.

Liber

quia et si illicita cogitando rectitudini defuit: fortiter tamen defuit cogitationi. **Hec** glosa. **Solutio** autem quam magister **Mathias** dat ad primam **Burgen**. obiectionem quantum habeat insufficientie: ex aduersione fortasse cui responsio ipsa innititur plane habetur. **Non** enim multum habet veritatis: quod proponitur verum esse fortasse. et tamen posito quod illud probabile fuerit: non adhuc saluari videtur expositio postillatoris. quoniam et si **Job** vel fama pendente vel alias conferens cum amicis potuit errorem ipsorum nouisse de futura vita: debuit dubitare an adhuc pro tempore quo ad eum visitandum uenerat: in errore suo persisteret. **De**uisset profecto **Job** vir doctissimus grauis ac prudentissimus audire primo eos errorem suum proponentes. vel ipsis tacetibus: exquirere ab eis an forte conceptum errorem quem olim habuerant: pro tunc teneret. **U**n non videtur quod vir sanctus exemplar patientie in tot et talia amaritudinis ac maledictionis verba precipitate prumperet ad amicorum confusionem et reprehensionem: non dum cognito per certitudinem quod illi partem teneret aduersam in errore suo perseverantes. maxime cum ore dei laudatus fuerit infra capitulo vltimo. de rectitudine sua obseruata. **E**t preterea nullo pacto verissimile est quod sedes **Job** in sterquilinio percussus vlcere pessimo a planta pedis usque ad verticem capitis: quod ut dicitur capitulo precedente resta sanie radebat: tantum sensum ac mentis possideret tranquillitatem: quod ipse prior disputationem contra amicos sponte suscitaret super eorum erroribus quos nouerat alias. **I**tem nec probabile est quod amicos suos pro consolatione eius pariter venientes fletu magno ac scissis vestibibus pro compassione plorantes. puluerem super capita spargentes ad diuine miseracionis remedium ipsi **Job** impetrandum. sederetque in terra septem diebus cum eo et noctibus septem: nullum verbum ei loquentes videntes eius vehementem dolorem: ipse ad discep-

rationem super eorum erroribus ut eos conuinceret atque reprehenderet: concitaret ipsis pro dolore eius mente consternatis. **T**alis certe disputatio: imprudentie ipsius ingratitude atque impatientie: merito posset imputari: quod de tanto viro existimare fas non est. **U**nde aperte constat quod responsio magistri **Mathie** ad primam rationem **Burgen**. nullam habeat efficaciam. sed neque verissimilitudinem. **N**ecque secunda responsio eius alicuius est momenti. **N**on enim ex eo quod maledixit **Job** diei etc. signum fuit quod ex amicorum erroribus quos olim nouerat: loqueretur. cum ex alia causa potuerint maledictiones ille procedere absque preiudicio iustitie sue et rectitudinis: volens scilicet significare dispositionem partis sensitue miserias in quibus erat abhorrescentis prout sanctus **Thom.** exponit. **E**t quod ipsa verba **Job** maledica non fuerint sufficiens signum quod ex amicorum opinione erronea loqueretur: ex hoc manifestum est quod amici sui audientes verba illa: nihil tale cognouerunt. sed acceperunt ea ut blasphematoria et ex impatientia prolata. prout supra ex littera ipsa deductum fuit. **N**ecessesse igitur habuisset **Job** supposita expositione postillatoris aliquod aliud signum verbis suis interponere quod sufficienter ostenderet ipsorum ex suppositione errorum illorum fuisse locutum. **Q**uod cum non fecerit: euidenter concluditur quod verba **Job** non id pretendebant quod postillator concepit: neque alius intellectus in verbis illis facile dari potest salua ipsius **Job** iustitia ac rectitudine iuxta verbum dei capitulo vltimo: nisi is quem habuit sanctus **Thomas**. **A**d illa que obiicit magister **Mathias** contra rationem sancti **thome** quam assignat de tam particulari et acerrima maledictione **Job**: dicitur ad primum. quod sanctus **Thomas** non comparat sacram scripturam pro omnem modum poematibus aut poetis. sed dicit ex auctoritate

Job.

beati Hierony. q̄ in libro Job scriptura
vritur modis aut rōnibus poematibus.
q̄ ad dignitatē sacre scripture p̄tinet. cū
dñā sit cui om̄es sciētie humane famulā-
tur. ⁊ a q̄ sumpserūt exordiū prout Cas-
siodorus ait. et habet in dec. xxxvij. di. le-
gimus. s̄. sed econtra legit̄. Inquit enim.
Ois splēdor rhetorice eloquētie. ois mo-
dus poetice locutionis: q̄libet varietas d̄-
core p̄nunciationis: a diuinis scripturis
sumpsit exordiū. Unde Judi. ix. scriptura
modū loquēdi habet poetarū. cū dicit. ie-
rūt ligna vt vngerēt sup se regē. dixerūtq̄
oliue. impa nobis ⁊c. Itē ibi. si dormiatis
inter medios cleros p̄ne colūbe de argen-
tate ⁊ posteriora dorsū eius in palore auri
⁊c. ps. lxxvij. Sic ⁊ i multis locis sacre scri-
pture repitur mod⁹ loquēdi poetarū. An̄
⁊ Apl̄s p̄ma Cori. xv. et ad titū p̄mo p̄-
uerbijs q̄busdā vtit̄ poetarū. Et Actuz
xvij. ipse apl̄s inq̄t. Sicut ⁊ q̄daz v̄orum
poetarū dixerūt. ipsius enī ⁊ gen⁹ sum⁹.
q̄ si poete in suis carminib⁹ multa mētiā
tur: sacre scripture nō nocet. nā talia in tes-
timoniū sue veritatis nō inducit. sed illa
precise: q̄ vera poete docuerūt. q̄ non mo-
do nō illicita: sed ⁊ valde nobis vtilia sūt.
Ex eis q̄ppe vt inq̄t Beda ⁊ habet dec.
xxxvij. di. turbat. si q̄ inuēta sunt vtilia: q̄
si sua sumere licet alioquī neq̄ etiam ipse
magister gētū aliquot versus poetarum
suis v̄ scripturis v̄ dictis ididisset. ¶ Ad
secundū dī q̄ sc̄tus Tho. nō infert ex hoc
solo q̄ versus q̄bus liber iste cōscript⁹ est
sunt metrici: q̄ ideo sint poetici. s̄ ex eo q̄
metrici sunt ⁊ cū hoc figuris ac coloribus
cōstant. q̄ mod⁹ loquēdi: poetarū est. put
Cassiodorus tradit ethimol. li. viij. caplo. vij.
An̄ verba sancti Tho. sunt hec. Et sic p̄z
q̄ liber iste p̄ modū poematis conscript⁹
est. An̄ p̄ totū hūc libruz figuris ⁊ coloris
bus vtit̄ q̄bus poete vti cōsueuerūt. Hec
sc̄tus Tho. ¶ Ea aut̄ q̄ magr̄ mat. fingit
se inducere p̄ cōsolatione Burgen. ex di-

ctis postillatoris Hieron. xx. magis i rei ve-
ritate vident̄ sophistarū verba q̄z consola-
toris. Nā oia q̄ ad p̄positū n̄m postilla-
tor̄ ibi dicit. p̄us ⁊ pleni⁹ sc̄tus Tho. scrip-
serat hic ⁊ in multis alijs locis a quo ipse
postillator accepit. Sed neq̄ p̄ illa q̄ ibi
postillator tradit poterat r̄nderi ad obie-
ctionē suā quā hoc loco cōtra sc̄tūz Tho. fe-
cerat ex suo falso p̄supposito. An̄ neq̄ ei⁹
neq̄ sui defensoris indigem⁹ auxilio nos
q̄ doctrinā sc̄ti Tho. tenētes: colim⁹ veri-
tatē. Hoc vnū t̄m negari nō pōt q̄ postil-
lator hoc loco ipugnat q̄d Hieron. xx. do-
cet apte vbi verba Job ex hoc caplo idu-
cit p̄m̄ intellectū sc̄ti Tho. exposita. Alit̄ enīz
sup illud Hieron. maledicta dies ⁊c. Non
sunt ipatiētis ⁊ despantis verba: s̄ in hoc
exp̄mit horrore sensualitatis respectu ma-
li iminētis. Q̄d tamē patiēter tollerabat.
sicut sanct⁹ Job exemplar patiētie dixit.
Pereat dies in q̄ nat⁹ sum ⁊c. Et sic ē sen-
sus. maledicta dies ⁊c. i. si sequerer sensua-
litas horrore: tēpori natiuitatis mee ma-
ledicerent. Hec postillator in forma.

¶ Circa p̄dictū cap. iij.

In eodē caplo. iij. sup illud
maledicāt ei q̄ maledicunt
diei ⁊c. Postillator recitat
duas sc̄ti Tho. expositio-
nes dicēs. Hoc thomas ex-
ponit dupliciter. Vno mō q̄ p̄ leuiatā in-
telligit̄ magnus piscis q̄ alio nomine vo-
cat̄ cetus quē p̄pter sui magnitudinē pis-
catores nō audēt inuadere de die vt dicit
sed de nocte tantum. ⁊ ideo quando inten-
dunt eius captioni si superueniat dies: ma-
ledicunt ei ⁊ sic suscitare leuiatan: est eum
inuadere. Alio modo vt per leuiatan itel-
ligatur diabolus quem suscitare habent
mali homines ei obediētes. ⁊ isti odiunt
lucē diei. secūdū q̄ dicitur Joānis tertio.
omnis q̄ male agit odit lucē. ¶ Sed p̄ma
expositio nō videt̄ vera. q̄z audiui ab illis



Liber

qui nouerunt captionē illius piscis q̄ nū-
quā inuadit de nocte sed magis in clara
die ita q̄ piscatores alōge possint contra
eum tela directe proijcere. quia si appro-
pinq̄uaret: essent in periculo submersiōis
ex motu illius piscis mare notabiliter per-
turbātis. Secūda uero expositio uidetur
mystica et ideo pono aliaz litteralē quam
ponūt hebrei dicentes q̄ hec est uera litte-
ra. maledicant ei qui maledicūt diei expe-
ctantes orbari d̄ societate sua et c. Hec po-
stillator. ¶ Contra quez Burgen. volēs
primam sancti Thome expositionem de-
fendere: dicit q̄ et si piscis ille magn⁹ non
possit capi nisi de clara die put postilla-
tor dicit sibi fuisse narrat⁹ a piscatorib⁹:
tamen si contingeret q̄ aliqua dies in qua
piscatores captioni illius piscis intēderēt
finiretur ante eius captionem: maledice-
rent illi diei. eo q̄ nō fuit protensa usq̄ ad
finē sui opis. et d̄ talibus intelligitur illud
qui maledicūt diei q̄ parati sunt suscitare
leuiatan secundū ppriū motiū sancti
Thome licet mutetur tempus congruum
ad captionem utrum nox uel dies. q̄ hoc
consistit in facto. ideo nō uariat motiū
expositionis. Hec Burgen. ¶ Sed quia
iste modus dicēdi Burgen. et si saluet tex-
tus ueritatē: non tamen saluat ea que san-
ctus Thomas circa eius expositionez di-
cit: ideo aliter uidetur dicendū q̄ et si pis-
cis ille magnus scilicet cetus de die capiat
p̄out cōmuniter aut in partibus in quibus
postillator de captione eius interrogauit:
non ideo sequitur q̄ aliquando uel in ali-
js regionibus in quibus sanct⁹ Thomas
de illius captione percontatus est: non ca-
piatur d̄ nocte. ut sic cōmodius et securi⁹:
sub noctis silentio et obscuritate repēte ip-
sum dormientem inuadant. ne ipse de die
alōge uidens et presentiēs inuasores uel
tela quibus mactatur: fugiat uel mare p̄
magnitudine sua et ferocitate conturbās:
horribiles excitet undas ita ut inuasoruz

nauem submergat. Nam ut fertur a pira-
tis et piscatoribus tant⁹ actam grauis est
somnus ceti: q̄ magnitudo eius mirabilis
ac pinguedo multo magis somno q̄ cibo
nutrimentali fouetur. Unde filium eius
mox cum nascitur: per annum dicunt dor-
mire. Exemplum erit ad propositum no-
strum quoniam et si aues ut cōmuniter et
apud nos ac animalia cetera de die capiā-
tur: non ideo tollitur quin aliquando uel
secundum regionum diuersitatem sub no-
ctis tenebris capi possint. Non enim vn⁹
modus certus est capiendarum auium aut
ferarū etiā q̄ sunt eiusdez speciei. neq̄ in oī
regiōe neq̄ i oī tpe idē ē mod⁹ neq̄ ubiq̄
eadē sunt instrumēta. igit̄ neq̄ necesse est
q̄ idē mod⁹ sit determinat⁹ ita q̄ nō ali⁹
pisces capiendi in oī tpe et in oī maris re-
giōe etiā si eiusdez speciei pisces sint. s̄ cap-
tionis eoz et ars et instrumēta p̄m diuersi-
tatē tēporū regionū et mariū poterūt ua-
riari. Unde satis leui rōne postillator cō-
tra expositionē sc̄i Tho. duct⁹ ē. ¶ Sed
neq̄ multū uilis aut necessaria erat dis-
putatio sua circa eiusmodi piscis capturā
in qua tñ non modicā ipse facit vim. Nā
poterat text⁹ legi eque bene siue de die fie-
ret illi⁹ piscis captura siue d̄ nocte. ¶ Ad
id aut̄ q̄ postillator dicit secundā expositi-
onē sc̄i Tho. mysticā esse et nō litteralē:
rñdet burgen. et beñ q̄ falsum ē. qm̄ pa-
rabolice locutiones aut figuratiue: sensus
litteralē faciūt. Et accipit hec rñsio ex his
q̄ sc̄us tho. tradit p̄ma p. q. p. ar. vi. et q̄l̄
vij. ar. xv. Nō enī uoces parabolice aut
figuratiue ad l̄raz significāt figurā s̄ figu-
ratū. Nā cū scriptura nomiāt d̄i brachiū
nō ē l̄ralis s̄esus q̄ i deo sit mēbrū huius-
modi corpale qd̄ ē figura quā uoces p̄mo
designāt: sed l̄ralis sensus ē q̄ sit i deo ut
opatiua q̄ est figuratū. Unde in p̄posito
n̄ro sub figura leuiatā: diabolus ad l̄ram
intelligitur et non p̄m sensum spirituales.
quia ut sc̄us Tho. notauit ex auctoritatē

Job.

te bti hieronymi tot⁹ iste liber fere coloribus et figuris poeticis constat. Ipse etiā postillator infra. xl. capitulo per leuiatā ad litteram intelligit demonem. quod tamē hic non bene aduertens improbauerat.

¶ Circa capitulum. iiii.



In caplo. iiii. sup illud. porro ad me dictū est verbum absconditū. scilicet Tho. sub dubio relinquit vtrū reuelatio quā sibi eliphath dicit factā fuisse: vera fuerit aut ab eo cōficta. qd Burgen. iqt rōnabiliter factū eo qd nihil refert in pposito an hec reuelatio fuerit vera vlficta. ¶ Sed magister Mathias dicit necessariū fuisse cōsiderare an vera fuerit illa reuelatio vel falsa. et concludit cū postillatore qd fuerit cōficta ab eliphath nulla in re exīte reuelatione. Probāt hoc qd alias de⁹ p talē reuelationē auctorizaret dicta ipsi⁹ eliphath quorū tamē multa falsa sunt cū dñs in fine libri dixerit ad eū. iratus est furoz me⁹ in te et i duos amicos tuos qd nō estis locuti rectum coram me. ¶ Itē qd reuelatio illa inducit ad falsum intellectū. s. qd nullus a deo punit in psen- ti absqz culpa pcedēte. falsum autem non pōt a deo reuelari. Hec magister Mathias post postillatorē. ¶ Sed certe ambo in hac eoz argumētatiōe decipiunt. Supponūt enī qd reuelatio eliphath si vera fuit et non ab eo cōficta: qd fuerit a deo. qd tamē nō est necessariū. Nam reuelationes etiā per angelos malos fieri possunt in quibus multa astruunt falsa et ad falsū intellectū et iterū ad malū finē. Sepe enim sathanas se trāssfiguratur in angelum lucis vt apostolus dicit secūda Corinthioz. xj. et visibiliter et inuisibiliter: imagines circa phantasiā formādo faciēs apparere qd non est. et aliquando vocem audibilez formādo: cōcept⁹ et imaginationes pponendo et ispirādo. sensus exteriores illudēdo et

alijs modis sibi possibilib⁹. Nam diabol⁹ in virtutes corpeas aut corpeis organis affixas imprimere pōt. Im hac demonuz reuelationē pphetabāt pphete de quibus dñs dicit Jere. xxiij. et in pphetis samarie vidi saturitates. et pphetabāt in baal et decipiebāt pplm meū israel. Talis etiā dī reuelatio q̄ facta est vroz pilati. Math. xxvij. prout etiam postillator ibi exponit. Unde qd reuelationes hominib⁹ fieri pnt p demōes: monet btūs iōānes pma Joā. iiii. dicēs. charissimi nolite oī spūi credere. sed pbate spūs si ex deo sint. Ad huiusmodi demonū reuelationes valet et necessaria est grā q̄ ab aplo dī discretio spūuz. ¶ Ergo reuelatio eliphath poterat fieri operatione demonis: ideo merito sanctus Tho. relinquit sub dubio an vera fuerit vel ab eo cōficta. tū qd iudicari nō poterat p certo. Nam omnia q̄ ptulit eliphath et falsa et ad falsum intellectū: potuerūt esse et cōficta ab eo nulla exīte sibi facta reuelatiōe: et etiā habita p reuelationē nō a dō s; a demone: vt pbatū est. Tū etiā qd siue ficta vel vera esset talis reuelatio: nihil refert ad ppositū. ¶ Patet itaqz nullitas argumētationis postillatoris ad pbandū certitudinaliter fuisse fictā cū pcedat ex fūdamēto nō certo s; valde dubio. s. qd reuelatio eliphath si vera fuit et nō ab eo cōficta: qd fuerit a deo. Et quis in caplo sequēti cuz diceret eliphath: ad aliquē scōz cōuertez re: aliquo mō significauerit se spū dei habuisse illā reuelationē: id tū nō expōsit p- ut magister Mathias sibi iposuit. s; et si expressisset: nō ideo certū esset nobis. cum et alia falsa in reuelatione sua tradiderit.

¶ Circa capitulum. v.



In caplo. v. sup illud. voca ergo si est q̄ tibi rñdeat. burgen. inducit expositionē scī Tho. dicentis. Voca ergo si est qui tibi respondeat.

quasi dicat si mihi hoc reuelatū non credis: tu ipse inuoca deū si forte ipse tibi ad hanc dubitationē respondere voluerit. et si p̄ merita propria hoc obtinere a deo nō putas: ad aliquē sanctorū cōuertere. vt eo mediāte huius rei veritatē a deo cognoscere possis. Hec sc̄tus Tho. ¶ Quā expositionē q̄ burgeñ. p̄fert expositiōi postillatoris: ideo magister Mathias se illi opponit dicens q̄ stante expositione sc̄ti tho. non debuit eliphat remittere Job ad alios p̄ acquirēda fide de reuelatione sibi facta. sed tenebat p̄bare reuelationē sibi factā fuisse: vel p̄ signa sicut Moyses fecit Exodi tertio. vel per scripturas quemadmodū xp̄s p̄bavit se missum a deo. quod etiam p̄bavit p̄ multa signa. Ex quo magister Mathias vult cōcludere q̄ expositio sancti Tho. fuerit min⁹ rationabilis. qm̄ ea stante: sequerēt predictū inconueniens. s. q̄ eliphat remitteret Job ad alios p̄ fide habēda de eius reuelatione. et non eam probaret sufficienter p̄ signa vel per scripturā ad quod tēbat. ¶ Sed ad ista dupliciter respondeat. Primo q̄ assumptum magistri Mathie falsum est nisi pl⁹ addat. Nō enim verū est q̄ q̄ sibi factā reuelationem denūciat: teneat illas p̄ signa vel p̄ scripturā probare. q̄ nullus tenetur ad id quod nō est in potestate sua. sed si ignorantī scripturas fiat reuelatio: vel etiaz sciēti: sed de his q̄ nondū in scripturis habent: nō hēt in potestate sua illā p̄bare p̄ scripturā. cū scripturarū dicat ignar⁹. v̄ nulla de tali re p̄cesserit scriptura. neq̄ p̄ signa: quia facere miracula donus dei est quod gratis datur. neq̄ est i potestate hominis nisi a deo det. ergo r̄c. ¶ Sed forte dicetur q̄ cuz reuelatione semper datur a deo ad ei⁹ confirmationē: vel scripturarū noticia si de ea re habetur: vel gratia miraculorū. Sed hoc directe est cōtra aplm̄ prima corin. xij. dicentē. diuisiones gr̄arū sunt ⁊ alij datur per sp̄m sermo sapiētie.

te auctoritatis sicut si in littera continerēt. ideo vba scī **T**ho. sunt manifeste rōnabilia nec in aliquo fauēt errori hebreorū. **H**ec **B**urgen. **S**ed cōtra hāc rñsionē magister **M**athias zelo quodaz. sed non charitatis excitat. ita vt in verba p̄rūpat amaritudinis. **U**nde pbare contendit q; ex tribus appareat dicta sancti **T**ho. errori hebreorū fauere. **P**rimo quia frivolis ac falsis assertionibus nitit solvere argumēta catholicorū. **S**ecundo quia nō roborauit argumēta catholicorū nec aliqd facit p eorū vera expositione: sed litteras exponit r diuidit pro perfidia iudeorū. **T**ertio quia dicit catholicā expositionē extortā r nō esse tāte auctoritatis sicut illa supra caplo. vij. vbi ille passus. **E**cce virgo concipiet: exponit de xpo auctoritate euāgeliste. **P**ostremo qrit iste magr de auctoritate quā sanctus **T**ho. p̄fert an sit apud iudeos auctentica magis: an apud xpianos. sed certū est dicit ipse q; nō apud iudeos. quia translatio caldaica cui inicitur expositio huius littere: est apud iudeos maxime auctoritatis. **E**xemplū aut cui innitit expositio. vij. cap. nullus est auctoritatis apud hebreos. igit maioris ē auctoritatis apud iudeos expositio huius capituli q; vij. qm̄ ad faciendū fidē infidelibus p euāgelium qd nō recipiūt: nihil cōcludim. nisi cū hoc inicitamur eorū fundamentis q; negare nō cōsueuerunt. **H**ec magr **M**ath. **Q**ue certe q; indocte r pueriliter dicta sint: facile erit ostēdere. **U**ñ ad p̄mā eius p̄bationē dī p̄mo q; rñsiones date a scō **t**ho. sūt p̄ opinionē exponētū signū huius capituli de filio esaię: patet q; qsi immediate p̄miserat. **U**ñ qdaz dicūt non eē incōueniēs si hoc intelligat ad litteras rē. **S**ecūdo dī q; r si ponant rñsiones date fuisse de mēte scī **t**ho. r q; ipse voluerit signū huius capituli posse exponi ad lram de filio esaię put est figura xpi: nullū incōueniēs ē. qm̄ in sacra scriptura idēz textus



Liber

potest exponi ad lram de duobus. in q̄tū vnū est figura alteri⁹. put magis dicitur in articulo sequenti. s. caplo. ix. esaie. Sed nec postillatoꝝ rñsiones sancti Tho. sufficienter ipugnat. Nō p̄mā: q̄ fm illā opinionē zacharias de quo est hic sermo non est ille filius barachie q̄ vnus est ex. xij. p̄phetis. sed ali⁹ q̄ tūc t̄p̄is nat⁹ erat prout in rñsione. iij. fm illā opinionē sc̄tus tho. recitat. quod tñ ⁊ si postillatoꝝ neget: nulla tñ rōne aut auctoritate irrefragabili illud impugnat. neq̄ su⁹ magr Athias post eum. Nam ex translatione caldaica: nō trahitur efficax argumētū. Neq̄ impugnatione respōsionis secūde valet. quia ⁊ si postq̄ dicit. ⁊ adhibui mihi testes: non dicatur. ⁊ scripsi: satis fuit p̄missum esse in mandato dñi illud. ⁊ scribe in eo ⁊c. ita vt non fuerit necessarium postea dicere et scripsi. certū est enī q̄ iurta p̄ceptuz dei scripsit. ad quā scripturā: itelligit illa opinio q̄ adhibuit testes. ¶ Q̄d etiaꝝ obijcit cōtra tertiā rñsionē: nihil est q̄ supponit q̄ in rñsione falsum assumatur. s. q̄ fuerit alius zacharias q̄ propter auctoritatē sacerdotij: diceret̄ fidelis. ⁊ tñ postillatoꝝ nō p̄bat efficaciter illud falsum esse. sed supponit fm intellectū quem habuit in translatione caldaica qui nō conuicit vt dictuz est. ¶ Ad illud aut̄ q̄d postillatoꝝ inducit cōtra quartā respōsionē: rñdet Burgen. ⁊ bene q̄ ⁊ si theglaphalasar nō expoliauit totū regnū samarie: satis vere pōt dici q̄ expoliauit samariā. ea rōne q̄ expoliauit aliquas ciuitates regni israel cui⁹ metropolis erat samaria. Cōsuetū est enī in huiusmodi locutionibus q̄ ponat̄ totum p̄ parte per sinodochem. ¶ Sed cōtra solutionem hanc Burgen. instat magister Athias q̄ p̄ spoliū factū per theglaphalasar nō ē ablata fortitudo damasci ⁊ samarie put innititur littera. sed fuit particularis inuasio. Nec magister Athias. ¶ Que planē non satis perite dicta sunt.

Putat enī magr Athias. q̄ ablatio fortitudinis damasci ⁊ spoliatio samarie: vna ⁊ eadē deuastatione facta fuerint et sic deceptus arguit q̄ per spoliū samarie non est ablata fortitudo damasci. sed littera nō dicit q̄ simul vtrūq̄ factū fuerit neq̄ q̄ propter spoliū samarie: ablata fuerit fortitudo damasci. nā non pertinebant ad eandē prouinciam neq̄ ad idem regnum. cuz damascus esset metropolis sirie. samaria autem metropolis regni israel. Sed ē sensus littere q̄ anteq̄ sciret puer vocare patrem suum ⁊ matrē: auferenda esset fortitudo damasci. quod impletum fuit quādo theglaphalasar ascendit in damascuz ⁊ deuastauit eam ⁊ transtulit habitatores eius cirenem ⁊ rasin regem occidit prout habetur. iij. Regū. xvj. ¶ Itē q̄ anteq̄ sciret puer ⁊c. auferēda erant spolia samarie. quod fuit impletū regnate facee quādo theglaphalasar cepit abion ⁊ abel domū maaca ⁊ alias ciuitates prout habetur iij. Regū. xv. q̄uis inter eas nō nomine ipsa ciuitas samarie. sed intelligitur per synodochem vt supra dictuz est. ¶ Ecce patet euidenter q̄ rñsiones date a Sancto Tho. fm opinionē exponentiū signū huius capituli de filio esaie: nō sunt per ea q̄ postillatoꝝ obijcit euacuate. Unde magister Athias. gratis imo ad verecundiam suam dicit eas friuolis ⁊ falsis assertionibus esse iniras quas tamē ⁊ ipse intactas reliquit. ¶ Itē neq̄ secunda eius magistri probatio contra dictum Burgen. q̄ sanctus Tho. in nullo fauet iudeorum errori: aliquid habet momenti. Nam false ⁊ maligne dictum est q̄ nihil sanctus Thomas faciat pro vera xpianoz expositione. sed pro pfidia iudeorum. quoniam totam litteram signi huius capituli distinguit. diuidit ⁊ exponit per partes suas de christo ⁊ beata virgine melius certe ⁊ plenius q̄ postillatoꝝ vt recto oculo inspicienti patebit. Verum est q̄ dicit hanc

Esaię.

expositionē magis extortam esse & minus habere auctoritatis q̄s expositio illa. **E**cce virgo cōcipiet. capituli precedētis q̄ ex textu **M**at. j. pbatur. Sed q̄s nisi insaniens aut omnino desipiēs arguet sanctus **tho.** sceleris p̄pterea q̄ p̄fert auctoritatē euangelię auctoritati trāslationis caldaice cui soli innitit in sua expositione postillator: neq̄ enī est aliq̄s tertus sacri canonis ex quo talis expositio habeat auctoritatem. **E**t cum dicat sanctus **tho.** q̄ expositio q̄ intelligit signū de filio **Esaię** nō habet incōueniens dum tamē puer ille sit figura xp̄i: satis approbat primā expositionem de xp̄o. Nam illis verbis aperte significat q̄ expositio q̄ est de filio **Esaię** non est cōueniēs: nisi intelligat puer ille esse figura xp̄i. **E**t p̄terea expositio illa de filio **Esaię** recitat a sancto **tho.** vt ē catholicorū quorundā expositio. quib⁹ videtur nō esse incōueniēs q̄ sic textus exponatur. Non enī ab eo recitaret eo q̄ a iudeis acceptatur. cū eorū sc̄tus **tho.** acerrim⁹ fuerit impugnator: sicut ex doctrina sua liquet ex sanctitate eius pbatū existit. **Q**uod autē obiicit magister **M**athias p̄ magno incōueniēti q̄ sanctus **tho.** nō roborauit argumēta catholicorū: popularis quedā videtur acclamatio. quasi iā periclitaret fides incarnationis xp̄i: nisi argumēta illa vim suam & robur haberēt. aut nisi signū huius capituli exponeretur ad l̄ram de solo xp̄o. & nisi catholici doctores oēs vno in hoc passu ore loquant tanq̄s multitudine se armātes. certe obiectio ista salua pace dixerim magistri **mathie** rudis ac puerilis est. **N**ā alie auctoritates sunt q̄ plures q̄ veritatem fidei de cōceptu virginis & incarnatione christi expressius ac efficacius pbant. ita vt veritas ipsa sine hoc signo de christo exposito: satis bene atq̄ incōcussē subsistat. vt est illa auctoritas. non auferetur sceptrū d̄ iuda &c. **Gen.** xlii. Item illa precedētis capituli. **E**cce v̄go cōcipiet &c.

Et illa agei p̄phete. & veniet d̄siderat⁹ cū ctis gētib⁹. agei. ij. & plures alie que causa breuitatis omitto. **U**nde & postillator in questionib⁹ suis q̄s edidit iudaicā pfidiā circa xp̄m & eius aduentū improbātes: cū in secundo arti. induceret auctoritates sacri canonis ad pbandū persone diuine incarnationē. et in. iij. articulo alias ad pbandum tēpus aduentus xp̄i iaz p̄teritū: nullam de auctoritate hui⁹ signi fecit mētionē: quam nequaq̄s omisisset: si ad xp̄i incarnationis pbationē: multū haberet efficacie & euidētie. Sed hic magister **M**athias. obiicit sancto **tho.** tanq̄s crimē lese maiestatis hoc solū q̄ nō roborauerit argumēta quorundā doctoz catholicorū vbi plane nullū iminebat periculū fidei: & vbi eorū expositionē ad plenū tradidit neq̄ illam in aliqua sui pte tanq̄s falsam aut nō l̄ralem exclusit: postillatorē tamē suū irreprehensibilē predicat qui illud **Gen.** j. In principio creauit de⁹ celū & terram. exponit ad l̄ram de p̄cipio tēporis aut durationis. nulla mētionē facta d̄ expositione catholicorū qui exponunt ad l̄ram. in principio. i. in filio. **E**t qua auctoritate cōmuniter pbant trinitatē personarū. vt in primo li. sentētiarū dis. ij. Item ecclia cōmuniter tenet q̄ vbi d̄ **Gen.** xviii. & apparuerūt ei. s. abrahe tres viri: facta fuerit illi reuelatio d̄ trinitate psonaz & d̄ vnitatē essētie. vñ cātat ecclia. abrahā tres vidit & vnū adorauit. vbi **Ambrosi⁹** ait. vide p̄mo fidei mysteriū de⁹ illi apparuit & tres aspexit cui de⁹ refulsit trinitate nō sine filio patre suscipit nec sine spū sc̄to filiū cōfiteatur. **H**ec **ambrosi⁹**. **E**t tñ postillator d̄ tali reuelatione & d̄ mysterio trinitatis: nullaz facit mētionē sed expositionē hebreorū ibi approbat & ptractat. **E**t illd̄. v̄bo d̄ni celi firmati sunt ps. cxxij. doctores catholici exponūt d̄ trinitate psonaz. vt patet li. p̄mo sen. dis. ij. In cui⁹ tñ expōe postillator: nullā habuit d̄ distinctione personarū

Liber

considerationem. ¶ **I**tem illud ps. iij. Ego dormiui ⁊ soporatus sum. ad litteram exponitur secundum doctores catholicos de xp̄i morte ⁊ resurrectione. **U**n̄ ⁊ Ecclesia illud cātat in die sc̄to pasce. sed postillator nulla facta mētionē d̄ xp̄o illud exponit d̄ dauid quando fugit a facie absalō. secut⁹ titulū ps. fm̄ hebreos. vt ip̄e fatef̄ in principio ps. ¶ **I**tem in hoc libro Esaie caplo xlv. illud. **R**orate celi desup ⁊ nubes pluant iustum. vniuersalis ecclia intelligit dictū esse de xp̄o ⁊ d̄ nullo alio. vnde ⁊ in officijs diuinis illud cātat de xp̄o p̄cise. sed postillator exponit illud etiaz de rege ciro ad litterā sub figura xp̄i. ¶ **I**tem circa lib̄ū Lanti. a p̄mo caplo vsq; ad. vi. incluse exponit postillator de ecclesia veteris testamēti sub figura sp̄ose fm̄ intellectum hebreoz. cum tamē doctores catholici totū lib̄ū exponāt cōmuniter de ecclesia noue legis vt sp̄osa ⁊ de xp̄o sp̄oso. vt ipse met postillator ibi fatef̄. quoz catholicoz expositionē nō veret̄ cōtū ad hoc defectuosam asserere. ⁊ q̄ plus est quia in sex capitulis primis illi⁹ libri q̄ postillator d̄ veteri testamēto p̄cise exponit: sunt nōnulle auctoritates quas ecclesia de beata virgine cōcinit vt in caplo. j. illud. **I**n odore vnguetoz tuoz currim⁹. **I**tem illud. **E**cce tu pulcra es amica mea ⁊c. **E**t illud. sicut liliū iter spinas. **I**llud etiā in caplo. ij. surge p̄pera amica mea ⁊c. **E**t illud. q̄ ē ista que ascēdit p̄ desertū sicut virgula fumi⁹. **E**t illud capitulo. iij. tota pulcra es amica mea ⁊ macula nō est in te ⁊c. vsq; ad finez fere capituli. **E**t plura alia sunt i dictis capitulis: q̄ de beata virgine cōmunis ecclesia cātat. q̄ omnia postillator exponit d̄ sinagoga q̄ dicitur ecclesia veteris testamēti. **A**dulti alij passus possent notari in sacra scriptura in quibus postillator plane diuertit a cōmuni doctoz catholicoz expositionē quos ne arguar prolixitatis: placuit subticere. ¶ **U**nde iuxta verbum do-

mini admiroz. cum postillator tanto trabis pondere oculis suis cecutiāt: quomodo in oculo fratris sui festucam clamat videre? **Q**ua etiam fronte magister **M**athias audet sanctū **T**ho. probis afficere pro eo q̄ in hoc passu nō se exhibuit illoz ppugnatozem: a q̄bus postillator quem ipse defensat sepe recedit. ⁊ quozum se constituit nonūq; impugnatore: iudicet d̄ns. ¶ **A**llegat tertio contra sc̄tū **T**ho. magister **M**athias q̄ dixit expositionē catholicorū in hoc caplo extortam. sed non aduertit iste magister q̄ illud dictum sit p̄ cōpationem nō ad aliā expositionē que intelligit de filio Esaie: sed p̄ cōparationē ad aliam auctoritatē precedētis capituli. **E**cce virgo cōcipiet ⁊c. **U**nde verba sc̄ti **T**ho. sunt ista. **H**ec autē expositio non ē tante auctoritatis sicut superior que fuit supra. vij. de illo signo. quia magis extorta est ⁊ ex scripturis non habet auctoritatem sicut illa **M**at. j. **H**ec sanctus **T**ho. ¶ **I**tem obiicit magister **M**athias q̄ dixerit sanct⁹ **T**ho. expositionē hui⁹ capituli de xp̄o nō esse tante auctoritatis sicut illa. ecce virgo cōcipiet. supra. vij. que exponitur de xp̄o auctoritate euāgeliste. **S**z cū expositio hui⁹ capli nō habeat auctoritates ex sacra scriptura: ⁊ alia sic **M**at. j. vt magister **M**athias bene cōcedit: nō videtur mihi q̄ sit alia respōsione dignus. nisi q̄ parcēdū est illi. ¶ **A**rguit tertio ip̄e magister q̄rens an illa auctoritas quas p̄fert fact⁹ **T**ho. sit auctētica magis apud iudeos: an apud xp̄ianos. ⁊ p̄bat q̄ nō apud iudeos. quod ⁊ nos cōcedim⁹: sed dicimus q̄ est magis auctētica ⁊ fm̄ se: quoniā ab ipsa veritate est in euangelio probata. et apud christianos qui tertum euangelicum sincera ac inconcussa fide tenent ⁊ firmiter confitentur ⁊ non sic caldaicam trāslationem. **Q**uod nunc inconueniēs putat magister **M**athias hoc esse: nullum certe. sed nec ipse inuenit.

Circa capitulū nonū

In capitulo. ix. sc̄tus tho. ex-
ponit principiū capituli. pri-
mo tēpore sc̄. ad lram. vsqz
ad illā partē. populus qui
ambulabat sc̄. de duplici ca-
ptiuitate filioꝝ israhel. **I**nā p̄ma fuit facta
per theglaphalasar regnāte facee in sama-
ria q̄ captiuauit duas tribus cū dimidia q̄
erāt trās iordanē respectu hierusalē. q̄ d̄ tri-
bu zabulō q̄ neptalim q̄ erāt citra iorda-
nē: tm̄ quod posset equiparari dimidie tri-
bui. de qua captiuitate dicitur. iiii. regum
xv. **S**ecūda fuit facta per salmanasar
ix. āno osee q̄ captiuauit residuos ex. x. tri-
bubus qui erāt citra iordanē respectu iu-
dee. Et d̄ hac habetur. iiii. re. xviii. S̄z po-
stillator hāc expositionē dicit esse icōpetē-
tes propter quattuor. **P**rimo qz implicat
cōtraria saltē in modo loquēdi. qz primā
captiuitatē nominat alleuiationem: qz secū-
dā aggrauationē. cum tamē fuerint eiusdē
rationis. **I**tem qz si loqueretur de secūda
captiuitate: cuz dicitur. Et nouissimo ag-
grauata est sc̄. non fieret ibi mētio de gali-
lea q̄ in prima captiuitate fuit captiuata
saltem in magna parte. sed magis d̄ sama-
ria que erat ciuitas metropolis regni q̄ p̄n-
cipaliter fuit obsessa q̄ capta per salmana-
sar. **T**ertio quia matheus. iiii. ca. dicit
hanc prophetiā fuisse completā ad litterā
in xp̄o. dicens sic de xp̄o. Et relicta ciuitas
tesua nazareth venit q̄ habitauit in ciuita-
te capharnaū maritima in finibus zabu-
lon et neptalim: vt adimpleretur quod di-
ctū est per esaiam prophetas. Terra enim
zabulon q̄ terra neptalim via maris trās
iordanē galilee gētium. **P**opulus qui am-
bulabat in tenebris vidit lucē magnā sc̄.
Item cum omnes expositores catholi-
ci dicant qz necesse est de xp̄o intelligi illud
quod dicitur supra septimo. Ecce virgo
conciptet q̄ pariet filium sc̄. **R**o qz dicitur

Mathei primo. **H**oc autē totum factum
est: vt adimpleretur quod dictū est a dño
per prophetam dicentē. Ecce virgo habe-
bit in vtero q̄ pariet filium sc̄. **E**adem ne-
cessitate compellitur quilibet doctorū ca-
tholicus expōere de xp̄o quod dicitur hic.
Primo tempore alleuiata est sc̄. **C**ū ma-
theus dicat hoc impletū esse in xp̄o. **H**ec
postillator. **Q**ue quātum efficacie ha-
beant cōtra expositionem sancti tho. ex res-
pōsionib⁹ ad eius obiecta patebit. **U**n-
de ad primū dicitur s̄m intellectum sancti
tho. qz quib⁹ vtraqz persecutio captiuitas
fuerit ac per hoc eiusdem rationis: non ta-
mē eiusdē grauitatis fuit vtriusqz afflictio
Inā in prima fuit terra israhel minorata
habitatoribus suis. non penitus expolia-
ta. q̄ propterea alleuiatio appellatur per
comparisonē ad secundam captiuitatem
q̄ fuit generalis totius residui. x. tribuum
que regnum israhel exterminauit. vbi om-
nis populus trās latus est cū rege suo i ter-
ram assirioꝝ p̄out iosephus etiam nar-
rat antiquita. **J**uda. li. ix. capi. xv. **U**nde
satis proprie q̄ vere dicitur qz terra q̄ pri-
mo fuerat alleuiata. i. minorata non tota-
liter vastata: ac per hoc leuiter percussa p̄
teglaphalasar: fuerit nouissime aggraua-
ta. i. grauissime cesa per salmanasar q̄ to-
tam terrā expoliauit q̄ omnes trāstulit ha-
bitatores. q̄ ita merito appellatur prima
captiuitas alleuiatio respectu secunde.
Ad secundā obiectionem duplex potest
esse respōsio. **U**na qz in textu nō dicit gal-
ileā fuisse captiuatā in secunda captiuita-
te p̄t postillator fingit. sed qz via maris
idest regio per quā itur ad mare qd̄ mare
est trās iordanem galilee: aggrauata fue-
rit. **T**ota enī terra. vii. tribuum cuz dimi-
dia q̄ post primā captiuitatem relicte fue-
rant per cuius aliquam partē erat via ad
mare trans iordanem: fuit in secūda capti-
uitate penitus vastata. **U**nde illa via non
solum per prouinciā galilee transibat:

Liber.

sed etiā per aliquā partē. vij. tribuū cuz di-
midia q̄ pars dicit̄ hic aggrauata mō ex-
pōito: nō ip̄a galilea. ¶ **Pōt. ij.** r̄nderi q̄
in p̄ma captiuitate nō tota galilea fuerit ca-
ptiuata: sed maior pars a q̄ tota appellat̄
trāslata. sicut tota ciuitas dicitur facere: q̄
maior ps ciuitatis statuit. In secūda aut̄
captiuitate fuit galilea penitus cōsumpta
et depopulata. et propter hoc dicitur nouis-
simo aggrauata. ¶ **Ad** tertiū duplex s̄l̄r
pōt esse respōsio. Una est q̄ cōst̄m est ex
l̄ra **Mat. iij.** nō p̄batur efficaciter terrū
huius capli esayē ab illa pte. **Primo** tpe.
Usq; ad illā. ppl̄s qui ambulabat in tene-
bris: debere exponi ad l̄ram de xp̄o. Nam
ap̄d matheū vbi p̄phetia huius capituli
allegatur: nulla fit mētio aut de duobus et
diuersis tēporib;: aut de alleuiatiōe et ag-
grauatione terre de quibus in hoc caplo
esayē est sermo. sed illis omissis: inducitur
ex hac p̄phetia esayē id p̄cise. s. ppl̄s qui
ambulabat in tenebris vidit lucē magnā.
quod erat ad p̄positum euāgeliste. Dire-
rat enim euāgelista q̄ ihesus venit et habi-
tauit in ciuitate capharnaū maritima in fi-
nibus zabulō et neptalim. ex quo infert q̄
impletū est dictū esayē p̄phete. q. s. ex pre-
sentia xp̄i in terra illa in qua cepit p̄dica-
re: populus qui ambulabat in tenebris vi-
dit lucem magnā. et c. vt predixerat esayas
Quod autē dicitur in euāgelio. terra zabu-
lon et terra neptalim via maris. et c. non
respōdet ibi ad illud quod dicit̄ in hoc ca-
pitulo esayē. **Primo** tēpore alleuiata ē ter-
ra zabulō et terra neptalim: sed ē expō illi-
us. populus qui ambulabat in tenebris.
vt sit sensus in euāgelio mathei. q̄ ihesus
venit et habitauit in ciuitate capharnaū
in finibus zabulon et neptalim vt adim-
pleret̄ quod dictus ē per esayā p̄phetā.
terra zabulō et terra neptalim. et c. qui po-
pulus ambulabat in tenebris: vidit lucem
magnā et c. s. ex p̄ntia et p̄dicatione xp̄i.
itaq; secūdū propriū sensum littere ma-

theti: id p̄cise ex p̄phetia esayē induci-
tur: quod scribitur ab illa parte. populus
qui ambulabat in tenebris vidit lucē ma-
gnam et c. sed p̄mittitur terra zabulō. et c.
tanq̄ expositio. ad denotādum qui popu-
lus erat ille. ¶ **Et** cōfirmatur quia apud
matheum nihil differenter dicitur de ter-
ra zabulon et terra neptalim: et de via ma-
ris trāsio: danē sed vnū ponitur vt expo-
sitiō alterius. Sed in hoc capitulo esayē:
aliud refertur et pro alio tēpore ad terram
zabulon et terram neptalim. et aliud et pro
alio tēpore refert̄ ad viā maris trāsio:
danez. **Uñ** quedā glo. **Mathei. iij.** dicit
sic. hic aut̄ in euāgelio diuersi noiatiō: ad
idem verbum reducunt̄ ita. et terra zabu-
lō et terra neptalim q̄ est via maris que est
trāsio: danē. s. populus galilee gentiū qui
ambulabat in tenebris. **Hec** glo. vbi ex-
presse legit illud via maris expositiue et to-
tā litterā refert ad vnum. ¶ **Glo.** etiā **Ra-
ba.** ait hoc loco. quod p̄mo positū est: p̄s-
termittit euāgelista. s. p̄mo tēpore alleui-
ata est terra zabulon et terra neptalim si-
cut et quod in medio ē. s. nouissimo aggra-
uata ē via maris. quod ideo facit. quia in-
tendit ostendere initiū p̄dicationis xp̄i.
et ideo quod mysticū ē tāgit. **Hec** glo. vbi
aperte dicit q̄ euāgelista nō allegat illud
quod de alleuiatione et aggrauatione scri-
bitur in p̄phetia esayē quod t̄n postilla-
toz legit gratis vt videtur. ¶ **Sed** qz san-
ctus tho. etiam illud. populus qui ambu-
labat in tenebris. refert ad liberationē fa-
ctam iudeis per angelū a p̄secutione ter-
tia excitata per senacherib. de qua habe-
tur. iij. re. xvij. ideo videtur q̄ stet ad huc
instantia contra sanctuz tho. Sed ad hoc
p̄z solutio ex secunda respōsione que iam
ponetur. ¶ **Pōt** est secundo respōderi q̄
c̄uis euāgelista **Mat. iij.** exponat prin-
cipium huius capituli esayē ad litteram de
xp̄o: nō ideo sequitur q̄ non possit vere ex-
poni ad l̄ram de duabus hebreo:ū capti-

Esaiæ.

uitatibus. ¶ Ad cuius intellectum animadu-
uertendum est quod secundum Augustinum, xij. confes.
in fine, quencumque sensum in sacra scriptura
ra homines inuenire possunt: credendum est spiritus
sanctum quod auctor sacre scripture est: habuisse
se, et quod sensus literalis est quem auctor littere intē-
dit: inferunt doctores, et est doctrina sancti
Thome, prima parte, q. j. ar. vlti. quod in vna littera sa-
cre scripture plures nonnunquam sunt sensus
literales et non solum respectu dei quod sub vna lit-
tera plura potest intelligere: sed et de prophetis
inquit Hieronymus super osee, quod ita loquuntur
de factis presentibus: quod etiam intēderunt futura
significare, a qua intētionē vtraque exposi-
tio et de factis presentibus et de futuris: vere
potest dici literalis. Nam non proprie dicitur sensus lit-
teralis quem voces significant: sed magis quem
auctor littere intēdit, et inde est quod inter. vij. re-
gulas exponendi sacra scripturam quas Phi-
dorus tradit libro primo de summo bono, xxv
capitulo: vna est secundum intellectum postillatoris
quod eadem littera aliquando habet duplicem sensum lit-
teralem putat ipse permittit in secundo prologo
suo super Genesim, qua regula postillator sepe
iuvat, et nisi vera esset: argumentatio sua quod
hoc loco vtitur contra sanctum Thomam, in se ipsum
retorqueret. Nam illud exodi, xvij. percus-
tietisque petram et cetera, postillator exponit ibi de pe-
tra materiali, sed apostolus, i. Corin. x. dicit illud
intelligendum esse de christo, inquit, petra autem
erat christus. Item illud Deuterio, xxv. non liga-
bis os bouis terentis in area fruges tuas,
postillator ibi exponit ad litteram de anima-
libus brutis quibus non debet fieri iniuria,
sed apostolus prima Corin. ix. exponit ad litteram di-
ctum esse de predicatoribus fidei quibus neces-
saria ministranda sunt, imo et videtur apostolus,
primam expositionem a literalis sensu excludere cum
dicit: nunquam de bobus cura est deo: an pro-
pter nos vtrique hec dicit. ¶ Item illud, iuxta te
est sermo valde in ore tuo et in corde tuo,
Deuterio, xxx. postillator exponit ibi ad lit-
teram de verbo preceptorum decalogi, que
quodammodo scripta sunt in cordibus nos-

tris, sed apostolus, I Cor. x. illud exponit dictum
esse de verbo fidei Iesu christi quod predicabat
¶ Item illud, Ego ero illi in patre: et ipse erit
mihi in filium: apostolus inquit dictum esse de christo
Hebræo, j. sed postillator ibi et. ij. I Cor. vij.
vnde sumit auctoritas: exponit illud ad lit-
teram de christo et de salomone, In quibus lo-
cis expressè dicit quod aliqua sunt in sacra scri-
ptura que ad litteras sunt intelligenda de duobus
quorum tamen vnum figura sit alterius.
¶ Item illud osee, xj. ex egypto vocavi filium
meum, Postillator ibi exponit ad litteras de po-
pulo israel, sed Mathias, secundo euangelista
exponit illam prophetiam ad litteram de christo qui
post mortem herodis vocatus fuit de egypto,
vbi et postillator dicit auctoritate istam
duplicem habere sensum litteralem sicut et su-
pra dicta, ego ero illi in patre, Et supra dictis
satis patet solutio ad tertiam obiectionem
postillatoris, Nam nullum inconueniens est quod
euangelista exponat prophetiam huius capi-
tuli ad litteram de christo: et exponat etiam ad lit-
teram de persecutione hebreorum modo quo di-
ctum est, Et per idem patet responsio ad quar-
tam obiectionem, Locedimus enim quod ista pro-
phetia presertim ab illa parte, populus qui am-
bulabat in tenebris, debeat exponi de christo
eo quod euangelista id intellexit, sed non sequitur
quod non possit etiam intelligi de persecutio-
ne iudeorum ante christi aduentum, nam vtrique au-
ctor illius littere intellexit, ut supra deductum est.

¶ Circa capitulum. xiiij.

In capitulo, xiiij. Burgen-
si secundum doctrinam sancti Thome, dicit
probabiliorē esse illam opinio-
nem que ponit diabolus pec-
casse statim post primam istas
sue creationis, Contra quam sententiam magister
Mathias arguit quod motus spiritus non me-
surant tempore, Nam in euo ut communiter
ponitur non est prius et posterius instans: ni-
si nature perfectionis vel originis, non succes-
sionis, quoniam ut dicit eadem est mensura opera-

Liber

tionis rei: quæ est nature. unde cum natura angeli secundum esse sit indivisibilis: erit etiam indivisibilis secundum operari. ¶ Sed certe in hac argumentatione tria magister Mathias assumit falsa. ideo argumentatio est nulla. vnum falsum est quod motus spirituum non mensuretur tempore. Hoc enim est contra Augustinum viij. super Genesim. ad litteram dicentem quod deus mouerit creaturam spiritualem per tempus. quod et postillator pro quo ille certat supponit. di. super illud. quod mane oriebaris. quod inter creationem eius et lapsum: fuit modicum tempus. Verum est quod esse et natura angelorum non mensurantur tempore. neque operatio eorum beatifica. quoniam in istis nullam habet transmutationem. sed alie operationes secundum quas inueniuntur in angelis transmutatio: tempore mensurantur cum in eis sit prius et posterius. Non tamen tempus illud est eiusdem rationis cum tempore quo res corporales et earum motus mensurantur: cum non dependeat a motu celi. ¶ Secundum falsum est: quod eadem est mensura operationis rei quæ est nature. Hoc enim est contra philosophum iij. physicoz. quod dicit quod instans est mensura substantie mobilis in toto motu. et tamen motus que est eius operatio non instans: sed tempore mensuratur ut ibi probatur. ¶ Item corpora celestia que intransmutabilia sunt secundum suam substantiam et esse: euo mensurantur. sed eorum motus non euo: sed tempore mensuratur. ut etiam philosophi docuerunt. ¶ Item in euo non est prius et posterius successionis ut etiam magister Mathias concedit. quo euo substantia angeli mensuratur. Et tamen multe operationes sunt angelorum quas non simul a principio habuerunt neque nunc habent: ut operationes ille quas habent circa nos. Item et operationes immanentes ut sunt noue illuminationes quas non semper neque simul habuerunt. Item et eorum intellectiones que dicuntur vespertine que non omnes sunt simul et semper. putat Augustinus vult. viij. super Genesim. ad litteram. Et cum omnes huiusmodi operationes non sint simul in angelis et semper a sui principio: ma-

nifestum est quod erunt in successione. et per consequens quod non mensurantur euo: quod est totum simul quo substantie angelorum mensurantur. ¶ Unde assumptum illud falsissimum est. et per consequens obiectio eius nullius est momenti. Sed contra morulas ipsas quas magister Mathias tetigit: plura se offerrebant: nisi a principio me constituissim veritatis sancti Thome defensorum: non aduersantium ubi etiam errasse eos constaret: offensorem.

¶ Circa capitulum. xlviij

IN capitulo. xlviij. cum postillator exponeret illud. laude mea infrenabo tene intereas: de impositione ceremonialium quibus deus occupauit populum iudeorum ac per hoc infrenauit ne idolis seruiens interiret. Burgen. dicit magis proprie exponi sic. quod per diuinam laudem homo ascendit in deum per affectum. in tantum quod per hoc retrahitur ab his que sunt contra deum. Ad quod allegat sanctum Thome. secunda secunde. q. xcj. ar. primo. ¶ Contra quam expositionem magister Mathias arguens inducit postillam sancti Thome. in hoc loco que omnino conformis est expositioni postillatoris. et in fine ut aliquid in sanctum Thome. reprehensionis retorqueat: dicit Burgesem relinquit dicta sancti Thome. in contradictione quasi contradictione sit inter expositionem suam hic et ea que dixerat secunda secunde. ¶ Sed certe hic magis est arguendus magister Mathias mali affectus quam falsi intellectus. Nam non ignorabat quod et si textus huius capituli ad litteram et historice intelligendus esset secundum expositionem quam habuit sanctus Thome. in hoc capitulo et post eum postillator: quod moraliter exponi possit de quocumque que occupatus in laudibus diuinis retrahit ab his que sunt contra deum. In quo sensu allegat sanctus Thome. auctoritate huius capituli in secunda secunde. ¶ Unde constat quod nulla in dictis eius est contra-

Hieremie.

dicio nisi dixerit magister Mathi. q̄ sensus spūales. vt allegoricus. anagogic⁹. et moralis cōtradiciūt sensui litterali. Quod esset nouam ⁊ extraneam theologiam ne dicam erroneam inuenire.

Circa librum Hieremie. Capitulo. x.



No capitulo. x. Hierie. Burgen. in sua additiōe allegat sc̄tūz Tho. dicentē p̄ma. p. q. lxx. ar. iij. q̄ inter ponētes corpa celestia esse animata: ⁊ ponētes ea nō animata: parua vel nulla differētia est in re sed in voce tm̄. **C**ōtra qd̄ magr̄ Mathi. arguit qz Plato ⁊ alij philosophi ponētes corpa celestia eē animata: dixerūt mūdū esse animal. ac p̄ hoc positio gētiliū voluit aias cōiūgi corporibus celestib⁹ sic vt cōstituerēt vnum p̄ se cū eis ⁊ tanq̄ forme. Sed positio catholicorū est q̄ anime mouētes corpa celestia vniant eis vt motores p̄cise ⁊ non vt forme. vnde cōcludit manifestū esse q̄ nō sit modica differētia inter p̄dictas opiniones nec vocis tantū: sed rei. **H**ec magister Mathi. **I**n quib⁹ plane constat q̄ de opinionib⁹ aristotelis ⁊ platōis circa animationē celestium corporū: nō recte senserit. **M**az plato vt Gregori⁹ nisen⁹ refert qd̄ ⁊ tāgit aristoteles. ij. de anima: posuit hominē nō esse aliqd̄ cōpositū ex aia ⁊ corpore. sed q̄ ē aia vtens corpore vt intelligat esse in corpore sicut naua in naue. vnde nō solū corpa celestia: sed etiam corpa humana dixit nō aliter animata nisi in cōtū anima vnī corpi sicut motor mobili. ⁊ inde ē q̄ posuit animā intellectiuā vniri corpori p̄ spūalem cōtactū. imo posuit vt philosophus dicit secūdo celi ⁊ mū. q̄ moueret celum p̄ quandā coactionē ⁊ violētā. quod est cōtra rōnem forme substāialis alicui⁹ corpis. **D**e aristotele vero māifestū est ex viij. phisicorū. et. ij. de celo q̄ non posuit in

corporibus celestib⁹ de virtutib⁹ anime: nisi intellectiuā. vnio aut̄ intellectiue ptis put a sensitua ⁊ vegetatiua separatur: ē sicut dirigētis mouētis ⁊ gubernātis. vñ euidenter patet q̄ aristotelici ⁊ platōici nō docuerint animas celestium corporū eē eorū formas substāiales nec cū eis aliqd̄ vnū p̄ se ⁊ substāialiter cōstituere. sed eis vniri sicut motor mobili p̄cise. **E**x quo sequit̄ catholicorū positionem ⁊ illorum philosophorū: sola voce differre. nō in re put sanct⁹ Tho. dicit. **Q**uod autē arguens obijcit ex dictis Aug⁹. q̄ platōnici posuerūt mūdū esse aial: nō obstat. qz platōnici sic dicētes: in vocis appellatione errauerūt appellātes animal: aggregatū ex aia p̄ motore ⁊ corpore p̄ mobili. Quod valde improprie imo ⁊ false dictū est. **N**on enī qlitercūqz cōiūgant aia ⁊ corp⁹: cōstituūt aial. sed si coniungant vt forma ⁊ materia qd̄ illi negabāt. vnde in voce ⁊ nō in re d̄ficiēbāt. ⁊ est similis mod⁹ loquēdi cuz magr̄ sentētiarū dixit. xiiij. dis. tertij libri. xpm̄ in triduo mortis fuisse hoīem. **N**ō enī errauit in sensu credēs aiam xpi in triduo mortis ei⁹ non fuisse a carne vere ⁊ realiter separatā. qz hoc esset erroneū. sed errauit in vocis appellatione putās aiam ⁊ corpus etiā non coniuncta: sufficere ad hoc q̄ suppositum diuinum cui vtrūqz vnitū mansit: denominaretur homo.

Circa euāgeliū matthei. Capitulo. iij.



No caplo. iij. Mat. sup illud. maritima in finib⁹ zabalō. **P**ostillator reprobat expositionē q̄ intelligit illaz esaie p̄phetiā: de duab⁹ captiuitatib⁹ hebreorū. quaz posuit sanctus Tho. supra esaie. ix. ⁊ obijcit hic postillator: hisdē rōnibus q̄bus ibi. sed de responsione p̄ sc̄to Tho. vide ibi esa. ix. **R**atio autē q̄ hic p̄ postillatorē addit q̄ qz illud.



Euangeliū Matthēi.

Paruul⁹ nat⁹ est nobis exponit ab omnib⁹ de xp̄o. q̄ ideo totū p̄cedens capitulū debeat de solo xp̄o exponi: nō cogit. quoniam s̄m regulas traditas ab Hieronymo de modo exponēdi sacra scripturā. q̄s etiam postillator p̄misit in secūdo p̄logo super Gen. aliq̄n scriptura simul cōterit sermones q̄ ad diuersa referunt. Unde et in eodē capitulo esa. cū exponat illud. paruul⁹ natus est nobis d̄ xp̄o ad l̄ram: statim sequentem. s̄. verbū misit d̄ns et c̄. ipsemet postillator exponit de liberatione ppli iude a regibus israel et sirie ip̄m p̄sequentibus.

¶ Circa capitulum. xi.



In caplo. xi. Burgen. i sua additione inducit ad p̄positum suū q̄ xp̄s in sciētia acquisita ac experientiali p̄fecerit s̄m p̄cessum etatis. Q̄d dictū est s̄m doctrinā sancti Tho. iij. p. q. xij. ar. ij. q̄s Burgen. illud non alleget. ¶ Sed magister Mathias. ne aliqd de doctrina sancti Tho. suis calūnijs relinquat intactum: inquit. dictuz illud ea rōne esse dubiū: quia si xp̄s aliquid didicisset per experientia quod p̄us vel qualiter p̄us non nouit: sequit̄ q̄ non fuit ab instanti cōceptionis sue omnisciēs. quod est cōtra sanctos doctores et magistrū sentētiarum libro. iij. Hec magister Mathias. ¶ In qua argumētatione si accipit omnisciēs s̄m p̄p̄iam significationē et cōmunē vsū loquēdi sanctorū doctorū. put. s̄. dicit̄ omnisciēs. i. omnia sciēs: certe nō esset magnū q̄ mediocriter doct⁹ in dialecticis: plene atq̄ in p̄mptu rōnem suā euacuaret. diceret enim q̄ in argumēto cōmittit fallacia figure dictionis. nā mutat̄ quid in qualiter. cū dicitur xp̄s est omnisciēs ab instanti conceptionis: ergo p̄ p̄cessum etatis nō alio modo nouit aliquid q̄ prius. Unde concedimus q̄ nihil xp̄s nouerit p̄ sciētiā experimentalem quod ante per sciē-

tiam inditam ac beatā non sciuerit. Sed cum hoc stat q̄ per scientiam acquisitam vel experimentalem sciuerit alio modo. s̄. per actionē intellect⁹ agentis abstrahētis species intelligibiles a phantasmatis. ¶ Si forte accipit arguens omnisciēs abusiue et extra mentem loquentium idest omnia et omnimodo sciēs: sic non concedit̄ q̄ xp̄s ab instanti cōceptionis fuit omnisciēs. nec illō scti doctores vnq̄s dixerūt.

¶ Circa capitulum. xix.



In caplo. xix. cuz Burgen. de indiuisibilitate matrimonij tractaret cōtra modum dicēdi postillatoris: inducit ad p̄positū suū quoddā sancti Tho. dictū ex p̄ma secūde. q. c. ar. v. ad tertiū. s̄. q̄ matrimoniū fuerit in veteri lege put est in officiū nature. nō aut̄ put est sacramētum cōiunctionis xp̄i et ecclesie q̄ nondū erat facta. ¶ Sed magister Mathias sua mirabili sapiētia obijcit in contrariū. Primo q̄ ut beatus Gregorius ait. ecclesia incepit ab abel iusto. ergo incōueniens est dicere q̄ in veteri lege non fuisset deo coniūcta. ¶ Secūdo q̄ vetus testamentū frequēter ostendit sinagogam deo desponsatā. q̄ desponsatio est in vna sp̄osa vsq̄ ad nouissimū iustū. cui ecclesie totali xp̄s ut sp̄osus s̄m deitatē ab initio cōiunctus ē. Nā xp̄s et si ex tpe est fact⁹ homo: eternaliter tamē fuit xp̄s. q̄ a patre vnct⁹ put vnctio significat cōmunicationē per generationē. ¶ Itē s̄m magistrum et doctores libro. iij. matrimoniū fuit sacramētum ante peccatū. igit̄ alicui⁹ sacre rei signum et nō nisi cōiunctionis dei ad animam iustā q̄ est ecclesia vel i ecclesia. Hec magister Mathias. ¶ In quib⁹ admiratiōe dignū habet̄ quo sp̄u de sacris litteris ac sacramētis diuinis: argumētis dūtarat sophisticis suscitaret disputationem. Cum enim sctus Tho. dicit q̄ in veteri lege nondū

Euangeliū Matthēi.

facta fuerat cōiunctio xp̄i ad eccliam: loq̄tur vt cōmuniter doctores loquunt̄ d̄ xp̄o & ecclēsia. De xp̄o: s̄m q̄ nominat subsi- stēs in duabus naturis. diuina. s. & huma- na. Qd̄ & pp̄ria nominis significatio im- portat. Itē loquit̄ de cōiunctione xp̄i & ec- clēsie q̄ facta est mediāte incarnatione per quā factū ē vnum corp⁹ ecclēsie s̄m cōfor- mitatem nature cui⁹ xp̄s est caput prout ap̄ls ait p̄ma Cor̄. xij. & Ephe. p̄mo 2. v. Unde maḡr li. iij. xxvj. distin. exponens allud ap̄li ephe. v. ego aut̄ dico in xp̄o & ec- clēsia: ait. ecclēsia xp̄o copulat̄ volūtate & natura qz idem vult cū eo & ipse formā as- sumpsit de natura hoīs. Itē loquit̄ sc̄tus Tho. de cōiunctione sp̄iali q̄ fit p̄ nouita- tē gr̄e in sacramētis ex ope opato collate: per quē modū ap̄ls dicit p̄ma Cor̄. xij. etenī in vno sp̄i om̄es nos in vnū corpus baptizati sum⁹. De qua etiā cōiunctione dñs dicebat Mat. vlti. ecce ego vobiscū sum omnib⁹ dieb⁹ vsqz ad cōsumationēz seculi. q̄ modus cōiunctionis. s. p̄ gratiam datā in sacramētis ex ope opato: non fue- rat ante xp̄i incarnationē. ¶ Item loquit̄ de ecclēsia put dicit multitudinē fidelium noua lege gr̄e & nouis gr̄e sacramētis adu- natam. de q̄ ap̄ls dicit Ephe. v. qz xp̄s di- lerit ecclēsiā & seipsum tradidit p̄ ea vt il- lam sanctificaret mūdans eam lauachro aque in verbo vite. De qua etiā dñs inqt̄ petro. tu es petr⁹ & sup̄ hanc petrā edifica- bo ecclīaz meā. Mat. xvj. Ecclēsia enim in hac significatione: nō fuit āte xp̄i incar- nationē sed formata fuit p̄fluentibus vn- dis aque & sanguinis ex latere xp̄i dormiē- tis put̄ habetur expresse de summa trini- tate & si. catho. in clemē. ¶ Secundū has acceptiones xp̄i ecclēsie & cōiunctionis q̄ sunt pp̄rie & in cōmuni vsu loquendi do- ctorum: patet euidenter equiuocatio com- missa in primis duobus maḡstri Mat- thēie sophismatibus in quibus accipitur xp̄s p̄ supposito filij dei. nō vt subsistit in

natura humana: & ecclēsia generaliter p̄ quacūqz fidelium cōgregatione: & cōiun- ctio p̄ vnione anime ad deuz p̄ gr̄am cō- munit̄ dictā. ¶ Quod aut̄ dicit xp̄s eter- naliter fuisse: sub hoc intellectu quia fili⁹ est a p̄re vnctus. put vnctio significat cō- municationē p̄ generationē: noua q̄dam adinuētio est & modus loquēdi periculo- sus. nā vt sc̄tus Tho. notabiliter dicit con- tra gētiles li. iij. cap. xxiiij. nusqz ante in- carnationē dñi: scriptura nominat deum aut dei verbū: xp̄m. qm̄ xp̄s vnctus inter- pretat̄. xp̄s aut̄ Iesus: vnctus dicit̄ sp̄i- tu sancto put̄ bt̄s petrus exponit actuū x. Unde cū fili⁹ dei ab eterno nō sit vnct⁹ sp̄i sancto qz sic sp̄s sanct⁹ esset maior fi- lio vt sanctificās sanctificato. vel fili⁹ pro- cederet a sp̄i sancto. vocādo improprie & abusive vnctioē emanationē qd̄ est erro- neū. Sequit̄ qz filius dei nō fuerit pp̄rie loquendo xp̄s ab eterno nisi s̄m dei p̄des- tinationē. ¶ Ad tertiū quod est ex aucto- ritate maḡstri & doctor̄ li. iij. dicit̄ qz an- te peccatū vsqz verū est: matrimoniū fuis- se sacramētum vt cōmuniter dicit̄. i. sacre- rei signū. Non solū cōiunctionis dei ad animā vt arguēs min⁹ subtiliter obiecit: sed etiā cōiunctionis xp̄i ad ecclēsiā tēpo- re plenitudinis gr̄e realiter fiēde. s̄m quez modū nō negat sanct⁹ Tho. matrimoni- um ante peccatū fuisse sacramētuz: sed ex- presse illud docet secūda secūde. q. ij. arti. vij. qd̄ sacramētum dicit̄ p̄mū hominē nō ignoroſse. idē sentit. iij. parte. q. p̄ma arti. iij. Et multū expresse. q. lxj. ar. ij. ad tertiū. Et tñ nō ideo sequit̄ qz matrimoniū vt ē sacramētū noue legis: fuerit ante pecca- tū. Tertium est enī matrimoniū esse sa- cramentum noue legis vnū de septē sacra- mētis ecclēsie. Cū hoc teneat ecclēsia & cō- trariū dicere sit hereticū p̄ cap. ad abolen- dā de hereticis. & p̄ cōsequēs qz institutio- nē habuit a xp̄o sicut & cetera ecclēie sacra- mēta. In q̄ acceptione nō fuit realiter & i

Euangeliū Matthei.

actu ante xp̄i incarnationē alias nō fuissz institutum a xp̄o. Et in hac significatione loquit̄ sanct⁹ Tho. de sacramēto vbi in loco p̄allegato p̄ma secūde dicit matrimoniū in veteri lege nō fuisse sacramētū. Unde et. iij. p. q. lxx. ar. ij. ad. iij. vtrūq; concedit. et q̄ ante peccatū non fuit sac̄m. et q̄ fuit signū cōiunctionis xp̄i ad ecclesiam. Inq̄t enī sic. ¶ Ad tertiuū dicendū q̄ matrimoniū fuit institutuz in statu inocētie nō s̄m q̄ est sac̄m: sed s̄m q̄ est in officiū nature. ex cōsequēti tñ aliqd significabat futurū circa xp̄m et ecclesiā sicut et oia alia i figura xp̄i precesserūt. Hec sc̄tus Tho. Adale ergo inepte et sophisticē magister Matthei. impugnat dictum sc̄ti Tho. In quo et apte magistro Scoto aduersat̄ cuius doctrinā ip̄e colit q̄. rrvj. di. iij. li. tenet q̄ matrimoniū ante pctm̄ non fuit sac̄m p̄prie loquēdo. Itē et postillatorē cui⁹ se fatetur defensorē: nō min⁹ q̄ sanctū tho. rephēdere cōprobat̄. Nā sup illud ephe. v. Ego aut̄ dico in xp̄o et ecclia. sic ait postillator. licet enī filius dei p̄rem nō reliq̄rit q̄ semp est in sinu patris vt dicit̄ Joā. p̄mo: tñ s̄m quandā apparētiā dicitur patre reliquisse in c̄ptum apparuit in mūdo visibilis in forma serui ad cōiungēdum sibi ecclesiā p̄ mysteriū incarnationis et passionis sue sicut sp̄sā. Hec postillator. vbi coniunctionem xp̄i et ecclesie dixit fuis se per incarnationem filij dei.

¶ Circa capituluz. xxj.



In capitulo. xxj. occasione illius verbi. Hic est heres. postillator mouet q̄stionem vtrū iudei cognouerint Iesum nazarenū esse xp̄m sibi p̄missum. In cuius absolute recitat opinionem q̄ sancti Tho. est. iij. parte. q. rlvij. articulo. v. scilicet q̄ in poplo iudeorum ij qui dicebant̄ minores vt laici et vulgares ea dūt̄at scientes que sunt de ne-

cessitate salutis: subtilia tamē scripturaz et p̄phetarū dicta ignorātes: nō cognouerunt Iesum esse xp̄m p̄phetam in lege p̄missum. ea rōne quia scripturas ignorabant q̄ de temporis determinatione et de signis aduētus sui loquunt̄. Sed maiores qui p̄ncipes eorū dicebant̄: cognouerūt eum esse p̄phetā a deo p̄missum et missū. quia cū scirent scripturas q̄ de signis et tēpore sui aduētus loquunt̄: videbāt omnia in eo impleri q̄ scripta erāt. ipsum tamen esse deū non cognouerunt. Nā apls dixit p̄ma Corin. ij. Si enī cognouissent nūc q̄ dñm glie crucifixissent. q̄si diceret. nūc q̄ eius diuinitatē cognouerūt. ¶ Hoc tamē secundū postillatorē declinat et tenet q̄ maiores ac p̄ncipes iudeoz cognouerūt xp̄m esse deū. et p̄bat illud cōtra positionē sancti Tho. tum q̄ Joānis. xv. xp̄s ait. nūc autē viderūt et oderūt me et patrē meum. qd̄ autē videtur: manifeste cognoscit̄. tuz quia sup illud q̄ dicit̄ in hoc caplo. Agricole vidētes filiū dixerūt intra se. Hic est heres. Dicit Hieronym⁹. manifeste probat dñs his verbis iudeoz p̄ncipes nō per ignorantia sed p̄ inuidiā dei filiū crucifixisse. tum etiā per rōnem. q̄ sicut scripture determinate loquunt̄ de tēpore aduētus xp̄i Danie. ix. et de signis sui aduētus. Gen. xlix. et de modo ei⁹ veniēdi. in paupertate et humilitate zacha. ix. ita expresse vel expresse loquuntur scripture p̄phetaz de eius diuinitate. Hiere. xxij. ecce dies veniunt et c. In qua auctoritate vbi ponitur dñs: habet̄ in hebreo nomē tethagramaton. qd̄ nullo modo pōt dici de alio nisi d̄ deo vero. Unde cū ista auctoritas etiam s̄m doctores hebraicos exposita sit d̄ xp̄o. sequit̄ ipsum esse verū deū. ¶ Itēz Esaie ix. Paruulus datus est nobis et c. Sequit̄. et vocabitur nomē eius admirabilis consiliarius. deus fortis. que auctoritas etiaz s̄m hebreos intelligitur de xp̄o in qua fit expressa mentio de eius diuinitate. Et q̄

Euangeliū Matthēi.

bus cōcludit postillator: q̄ maiores de po-
pulo iudeoz sicut habuerūt noticiā de tē-
pore ⁊ signis aduentus xp̄i: ita noticiā
per scripturas habuerūt de eius diuinitate.
⁊ sic dicit q̄ in p̄ncipio p̄dicationis xp̄i:
iudeoz maiores verā de ipso habuerunt
extimationē ⁊ in habitu ⁊ in actu q̄. s. esset
deus. sed cū incepit contra eos predicare:
passionibus ire inuidie ⁊ rancoris excita-
ti sunt contra eum. quibus passionib⁹ im-
pediti ab actuali cōsideratione eius veri-
tatis quam p̄us habuerāt de xp̄o: machi-
nati sunt in eius mortem ad modū incōti-
nētis qui passione cōcupiscibili absorpt⁹:
elegit fornicari. quod alias nouit esse ma-
lum ⁊ fugiendū. Hec postillator i summa.
¶ Que tamē reuera modicam sc̄o Tho.
afferunt difficultatē. Nā ad primas duas
auctoritates ip̄e sc̄us Tho. respōdet ex p̄-
se. iij. par. loco p̄allegato. Ad p̄mā q̄ in ea
auctoritate. li. viderunt: nō refertur ad di-
uinitatē neq̄ ad p̄sonam xp̄i: sed ad mira-
cula q̄ ante eos fecerat. ex quibus q̄ eum nō
cognoscerēt filiū dei: ex odio ⁊ inuidia p̄-
cessit. Unde ante illa verba p̄mittit si ope-
ra nō fecissem que nemo alius fecit: pecca-
tum nō haberēt. Sequit̄ immediate. nunc
autem viderūt. s. opa. vnde nō dicit viderunt
me. ⁊ ita auctoritas illa non facit pro
parte postillatoris. Ad secundā r̄ndet q̄
p̄ncipes iudeoz in p̄sona colonū dixerūt
xp̄m esse heredē: quia cognouerūt ipsum
esse xp̄m p̄missum in lege. ⁊ esse filiū dei.
nō per naturā: sed p̄ excellentiā gr̄e singu-
laris. nō enī poterāt mēte cōcipere q̄ cru-
cifigerēt eum si ipsum esse filiū dei p̄ natu-
ram cognouerāt. Nam vt bene dicit bur-
gen. nullus in tantam deuenit insanias: q̄
credat diuinā maiestatem in p̄pria p̄sona
superare. ¶ Ad r̄onem postillatoris res-
pondet Burgen. ⁊ bene. q̄ q̄q̄ scripture
sacre p̄phetarum que mentionem exp̄res-
sam faciunt de diuinitate xp̄i sint p̄m verū
intellectū satis euidētes fidelibus ad eius

modi mysterium ostēdendum: ex illis ta-
men non sumitur efficax argumētum ad
hoc q̄ p̄ncipes iudeoz tale mysteriū de
diuinitate xp̄i cognouissent. quia hoc my-
sterium in tm̄ capacitatem humanā exces-
dit: q̄ raro vel nūq̄ sine auxilio dei specia-
li intelligi p̄t. Unde p̄missas auctorita-
tes veteris testamenti maiores iudeorum
varie poterant exponere non valentes tā-
tam excellētiam capere. nisi quibus diuina
siebat de eo reuelatio. P̄oterant enim
putare q̄ essent intelligēde non p̄m p̄pria
significationē: sed similitudinariē. sicut cū
deus in sacra scriptura leo appellatur vel
agnus aut lapis. Nec est simile quod po-
stillator inducit de alijs xp̄i conditionib⁹.
vt de tempore ⁊ signis aduentus eius. de
virtutibus ⁊ eius excellētia respectu alioz
p̄phetarū ⁊ similiū. Nā cognitio harum
cōditionū non excedit cōmunes humane
itelligētie capacitātē vt d̄ se patet. ¶ Sed
magister Matthēi. hanc solutionē putat
esse min⁹ sufficientē dicēs. q̄ vbi sacra scri-
ptura plane dicit aliquid ad fidē ⁊ mores
p̄tinens: ibi fides debet adhiberi. putat
dicit br̄s augustin⁹. rj. de ciui. dei. Unde cū
sacra scriptura clare dicat. putat etiam a do-
ctoribus hebreoz exponit̄ xp̄m fore deū:
ei fides accōmodanda ē. ⁊ p̄ cōsequēs non
erat necessaria specialis reuelatio apud
doctos ⁊ p̄ncipes iudeoz ad illud sciēdū.
sed sufficere potuit fides acq̄sita nō impe-
dita p̄ prauā volūtātē. ¶ Et p̄terea di-
cit ip̄e dissimilitudo inter noticiā d̄ xp̄i di-
uinitate ⁊ noticiā de tēpore ⁊ signis ⁊ alijs
cōditionibus aduēt⁹ xp̄i quā Burgen.
assignat: non valet. q̄ tēpus aduēt⁹ xp̄i in
scripturis ita fuit occultatū in cōputatiōe
ebdomadarū a daniēle descriptarū: q̄ nō
solū apud hebreos: sed etiā apud catholi-
cos doctores in expositione multa est di-
uersitas. Similiter ⁊ alij passus sonantes
tēpus aduēt⁹ xp̄i ab hebreis modernis ⁊
antiq̄s corrupte exponunt. ergo non p̄t

Euangeliū Matthēi.

sumi ex scripturis argumētuz efficax d̄ ad
uētū xp̄i sicut nec d̄ ei⁹ deitate. Nec magr̄
Matthēi. Nonnulla alia deducit contra
Burgeñ. q̄ certe digna essent reprehēsiōe
nisi p̄positi n̄ri fuisset vt a p̄ncipio p̄misi
mus: ea p̄cise q̄ fact⁹ Tho. docuit defende
re ac pbare. ¶ Dicim⁹ ergo ad primam
impugnationē magistri mathēi. p̄mo fal
sum esse q̄ sacra scriptura veteris testamē
ti clare dicat xp̄m fore verū deū ita q̄ cer
titudinē faciat euidentie. nec sit necessaria
fides infusa sed sufficiat fides acquisita p̄
ut ipse dicit. Nam mysteriū incarnationis
xp̄i expressius ponit in nouo testamēto q̄
in veteri vt de se patet ⁊ ab omnib⁹ conce
ditur. ⁊ tamē multi heretici totū nouū te
stamentum recipiētes: illud p̄ suis errorib⁹
bus exponūt. ⁊ aliq̄ negant diuinitatez in
xp̄o vt arri⁹. Aliqui verā humanitatem
sicut maniche⁹. Alij dicūt xp̄z nō habuis
se animā intellectuā vt appollinaris. Ex
quibus erroribus sequit̄ xp̄m nō esse ve
rū deum ⁊ hominē. ergo si predicti hereti
ci exponebāt p̄ se nouū testamētum: mul
